A 828,558

Digitized by Google

Original from
UNIVERSITY OF MICHIGAN

FRAN
ET OM
NOBILI

Cum
hoc edend
nibus mihi
hunc libellu
scriptorum
qui nobis
reliquerunt
mittebant pr
cuius item a
culum maius
redderetur. a
qui mihi hui
tarer, aderas
nobis imperti
tem de multis
manu largieba
prosequebaris,
superaveris ae

Digitized by Google from UNIVERSITY OF MICHIGAN

FRANCISCO A PFAFFENHOFFEN ET GENERE ET OMNIS DISCIPLINAE LIBERALIS STUDIO NOBILI, LITTERARUM PATRONO GENEROSO CHR. THEOPHILUS SCHUCH.

Cum Tuum, ut scis, consilium secutus sim de hoc edendo Apicio, vir amicissime et multis nomi-nibus mihi colende, non diu quaerendus fuit cui hunc libellum commendarem ex vetere et usitato scriptorum more — sic namque veteres illi heroes qui nobis bene sentiendi et scribendi exemplum reliquerunt solebant apud eos quibus sua opera mittebant praefari — quique protegeret ac tueretur, cuius item amplitudine, auctoritate, splendore opusculum maius quodammodo et gravius et illustrius redderetur. aderas nempe, cum id consilii caperem, qui mihi huius auctor fuisti, dum etiam commentarer, aderas nunquamque gravabaris operam Tuam nobis impertire, quem tunc in oppidulo commorantem de multis consulebam, aderas etiam re, plena manu largiebaris, ampla liberalitate vigilias nostras prosequebaris, ita satisfaciebas, ut exspectationem superaveris aetatis nostrae alter Maecenas, nam ut

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

romanus ille Maecenas consilio, divitiis, opera favebat sui seculi literatis viris, ita et Tu noster facis, quandoquidem doctos doctus ipse iuvas semper, sustentas, alis, das munera, prodes omnibus studiosis. nec porro dubito, quin nunc quoque vel maxime eidem ingenii mei foetui in publicum prodeunti adesse velis, quo tutior inter iudiciorum pericula versetur atque honestior Tuo nomine, Tuo patrocinio. optimo iure riteque Apicio Apicium dedicandum existimavi cum ut observantiam probarem testatamque facerem, tum quod Te cum primis istarum rerum cognitione capi, isto antiquitatis genere teneri otiumque oblectare perspectum haberem, ut qui nunquam non lectites dignum quod in memoriae alveolos compingatur, semper eruditas dissertationes et colloquia misceas, ut nec mensa doctis condimentis careat vixque dilabatur sine lectionis fructu quod sacris impenditur tempus, imo ubique genuinis suis animum exsaties opibus, ita ut nihil prorsus Tibi cum vulgo divitum indoctorum, quos recte olim Diogenes aureo onustas vellere pecudes vocitabat, commune esse patiaris.

Utinam mihi cuius non est in transennam inducere, rosas et tragice loqui, farcire centones, os sublinere par esset ingenium laudibus Tuis vel saltem ut cupiditati meae satisfacerem, quamquam sua luce clarissimi viri alienis igniculis minus indigent et lumen soli mutuare ineptum. verum verissima fronte dicam, veritatis oratio simplex, ex schola

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

cantilenam non audies. pol Tuam ad laudem quam apertis tibiis celebro — musicam docet amor et si fuerit indoctus prius — addito praefiscine! Alter Ianus es, alter Rhadamanthus iustitiaque iustior, alter Cydon, antiquis moribus, tam inculpatae vitae quam doctrinae non trivialis, specimen bonarum disciplinarum, flos illibatus ingeniorum, attica fide, dignus quicum in tenebris micetur, aurum igni probatum, non lingua amicus, non fers altera manu aquam, ignem altera, neque fers altera lapidem, altera ostentas panem, non manticularis, non dives es promissis, os iis inest. ex fronte perspiceris, mira lenitudine ac suavitate abundans, gratia paene quadam quidquid ais, quidquid loqueris, imo etiam si nihil ais nihilque loqueris, singulari ac vultu denique ipso homines devincis, iucunditatis plus inest in Te mihi quam commercatis conquisite edulibus. si verba suppeterent animo, laudare pro merito ingenium, literas Tuas conarer, sed vereor ne laudes cogar tantas, ut Flaccus Tuus inquit, culpa deterere ingenii. eruditio Tua illa interior atque politior a nemine non paulo humaniore suspicitur, a me et suspicitur et amatur. hoc in praesens fit, hoc idem fiet in posterum. sum et ero Tuarum laudum si non idoneus, saltem benevolus buccinator. merito meres ut diligare, anima mea et vita! Te a me amari crepitu probabis.

Tanta est Tui in me officii magnitudo, ut cum Tu et consilio et re iuvare me nunquam destiteris

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

et testimonio Tuo singulari me perpetuo ornaveris, nisi ego Te vehementer diligam et summopere observem meumque Tibi aliqua ex parte gratum animum ostendam, inhumanus, barbarus iudicari merito possim. quamquam enim scio Te esse animo tam excelso magnoque, ut nihil unquam in me officii contuleris, ut gratiam Tibi a me referri aut exspectares aut velles, tamen sicut Tu benevolentiam Tuam in me exstare voluisti, ita mihi dandam esse operam existimo, ut aliquo saltem vigiliarum mearum munusculo Te afficiam, id quod erit eiusmodi, ut non a me proficiscens ad Te veniat, sed ut abs Te prius profectum mihique donatum nunc ad Te reverti valde cupiat. itaque Tu praeter caetera Tua in me merita currentem incitasti, mendici omnibus armis praesidiisque destituti peram implevisti quinque codicibus manuscriptis, quos ingenti aeris pondere per viros rei peritos diligenter vel describendos vel conferendos curasti non ignorans laborem ingeniorum sine talibus adiumentis plerumque vanum esse multasque manus onus levius efficere, Apicium habere non pauca quae ne Apollo quidem intellegat, opera Sibyllae ei opus esse, locos innumeros cimmeriis tenebris involutos, ut ne Execestides quidem viam invenire possit.

Quae res maxime solent antiquorum libris labem inferre eae videntur omnes ad depravandum hoc Apici opusculum conspirasse, huius enim co-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

dices mss. sunt quidem ii numero admodum pauci, sed quoniam alii cum aliis tam in multis truncisque partibus quam in prodigiosis erratis perpetuo fere tenore exhibendis mirifice consentiunt, alii ab his in utraque re interdum haut parum discrepant, eos neque ex uno neque ex valde multis exemplaribus descriptos fuisse censendum est. sunt etiam, de pluribus ita esse puto, manu admodum recenti scripti, ideoque eos utpote ab indoctis librariis exaratos vitiis scatere minime mirum est, quibus quidem codicibus etiamsi paulo frequentiora menda irrepsissent, condonandum esset hominibus, cum ibidem de arte tractaretur sibi neutiquam intellecta et in qua voces saepe occurrerent extra communem usum positae, obscurae, nisi medicis et coquis fere inauditae. labem immensam quam exemplum primitivum passum est superstites libri scripti nequaquam tollere valent. truncatae voces extremae ancipites lectiones relinquunt isque perversus compendiorum amor multas turbas dedit, sed plures dederunt periodorum fragmenta, concisae et abruptae periodi, ut saepius vix erui possit quemadmodum verba construantur. divinandum itaque et post malam segetem serendum. recurrere est satius quam male currere. discipulus est prioris posterior dies. saepe ultra septa transiliendum erat pedetentim incedenti. illotis pedibus non ingressus sum in istam veterum culinam et quasi in dolio figulariam didici, cum Minerva manum quoque movi

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

et testimonio Tuo singulari me perpetuo ornaveris, nisi ego Te vehementer diligam et summopere observem meumque Tibi aliqua ex parte gratum animum ostendam, inhumanus, barbarus iudicari merito possim. quamquam enim scio Te esse animo tam excelso magnoque, ut nihil unquam in me officii contuleris, ut gratiam Tibi a me referri aut exspectares aut velles, tamen sicut Tu benevolentiam Tuam in me exstare voluisti, ita mihi dandam esse operam existimo, ut aliquo saltem vigiliarum mearum munusculo Te afficiam, id quod erit eiusmodi, ut non a me proficiscens ad Te veniat, sed ut abs Te prius profectum mihique donatum nunc ad Te reverti valde cupiat. itaque Tu praeter caetera Tua in me merita currentem incitasti, mendici omnibus armis praesidiisque destituti peram implevisti quinque codicibus manuscriptis, quos ingenti aeris pondere per viros rei peritos diligenter vel describendos vel conferendos curasti non ignorans laborem ingeniorum sine talibus adiumentis plerumque vanum esse multasque manus onus levius efficere, Apicium habere non pauca quae ne Apollo quidem intellegat, opera Sibyllae ei opus esse, locos innumeros cimmeriis tenebris involutos, ut ne Execestides quidem viam invenire possit.

Quae res maxime solent antiquorum libris labem inferre eae videntur omnes ad depravandum hoc Apici opusculum conspirasse, huius enim co-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

dices mss. sunt quidem ii numero admodum pauci, sed quoniam alii cum aliis tam in multis truncisque partibus quam in prodigiosis erratis perpetuo fere tenore exhibendis mirifice consentiunt, alii ab his in utraque re interdum haut parum discrepant, eos neque ex uno neque ex valde multis exemplaribus descriptos fuisse censendum est. sunt etiam, de pluribus ita esse puto, manu admodum recenti scripti, ideoque eos utpote ab indoctis librariis exaratos vitiis scatere minime mirum est, quibus quidem codicibus etiamsi paulo frequentiora menda irrepsissent, condonandum esset hominibus, cum ibidem de arte tractaretur sibi neutiquam intellecta et in qua voces saepe occurrerent extra communem usum positae, obscurae, nisi medicis et coquis fere inauditae. labem immensam quam exemplum primitivum passum est superstites libri scripti nequaquam tollere valent. truncatae voces extremae ancipites lectiones relinquunt isque perversus compendiorum amor multas turbas dedit, sed plures dederunt periodorum fragmenta, concisae et abruptae periodi, ut saepius vix erui possit quem admodum verba construantur. divinandum itaque et post malam segetem serendum. meminerunt satius quam male currere. discipulus est prior posterior dies. saepe ultra septa transiliendum pedetentim incedenti. illotis pedibus non ingressus sum in istam veterum calliam et quasi in dono figulariam didici, cum Minerva manum quoque movi

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

et meo Marte peregi quod libri non potuerunt. ad depravata et corrupta connivere non est editoris strenui, sed omnia expendere, omnia emendare conari. emendationes quae firmis nituntur rationibus in contextum recipiendae, quae ex ingenio et coniectura tantum natae reiiciendae. sed ut verum fatear, plures errores ex coniectura sustuli quam ex libris qui omnes a depravatis propagati sunt, ne continuo lectorem remoretur Apicius. ex quinque annis ante quos primas hastas iactavi et pedem contuli nullus fere dies praeteriit quo non manus admoverim, lineam duxerim, sub incudem revocaverim, negotium ruminaverim, iudicium fecerim ad amussim. non subcisivis horis et suspensa manu operatus sum quantumque per alias interpellationes licuit absolvere studui. omnes adhibui machinas, omnibus vestigiis inquisivi, omnes nervos intendi, omnes forulos excussi, ut intellegerem Aetna graviorem Apicium et aliis explicarem qui diu in herbis fuit sicque pleno gradu ingrediens qui primo vitulum vix sustuli tandem taurum gestavi. sine pulvere nulla palma. non pudet me lucubrationem lucernam olere confiterique lucernariam vitam me ducere, quamquam haut dixerim pisce saniorem et bovem in faucibus portantem rore pasci et plus olei absumere quam vini nihilque insumere nisi noctem. oleo tranquilliorem et terrae onus esse non est meum, quamquam intra meam cuticulam me

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

contineo imi subsellii vir et caudae equinae pilos paulatim vello. at id extra cantum.

In multis me Apicio saluti fuisse opinor neque aquam in mortario tutudisse, sicubi falsus sim, condonabis, vir humanissime, nam quis ille Hercules tam robustus et perspicax fuerit qui Augiae istud stabulum una opera sic perpurget ut nihil sordidum inibi relinquatur. cum triuoctiali illo me conferas, quod domem quae scilicet veterum libros nimis obsident, in quibus ego purgandis diu multumque laboro et ad vivum reseco, vel Iolaum potius appelles, si speciosis nominibus gaudes, quod paene oppressae ab hydra vetustati velut Herculi clamanti sum praesto cum face. fax vero mihi inflammanda erat, id omni voce praedico, nam qui vulgo Cato est cuiusque notas per manus tradiderunt subventanea peperit palpatus in tenebris, primoribus labiis degustavit, leniter castigavit gulae magistrum eiusque bono non multum desudavit, palmam minime praeripuit, plurimum contra reliqui fecit. ex istius Humelbergii reliquorumque interpretum multis paleis parum fructus collegi et ex ingenti volumine minimum doctrinae retuli. ipse Listerus immunis venit, eandem cantilenam cecinit, scrupulos non exemit. quod alius condivit coquus, aliter condiendum erat. *πολλάκι καὶ κηπουρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.* in magnis et voluisse sat est. non omnis fert omnia tellus. quam multos in Caelio castigando labores tulerim, quantum temporis

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

et meo Marte peregi quod libri non potuerunt. ad depravata et corrupta connivere non est editoris strenui, sed omnia expendere, omnia emendare conari. emendationes quae firmis nituntur rationibus in contextum recipiendae, quae ex ingenio et coniectura tantum natae reiiciendae. sed ut verum fatear, plures errores ex coniectura sustuli quam ex libris qui omnes a depravatis propagati sunt, ne continuo lectorem remoretur Apicius. ex quinque annis ante quos primas hastas iactavi et pedem contuli nullus fere dies praeteriit quo non manus admoverim, lineam duxerim, sub incudem revocaverim, negotium ruminaverim, iudicium fecerim ad amussim. non subcisivis horis et suspensa manu operatus sum quantumque per alias interpellationes licuit absolvere studui. omnes adhibui machinas, omnibus vestigiis inquisivi, omnes nervos intendi, omnes forulos excussi, ut intellegerem Aetna graviorem Apicium et aliis explicarem qui diu in herbis fuit sicque pleno gradu ingrediens qui primo vitulum vix sustuli tandem taurum gestavi. sine pulvere nulla palma. non pudet me lucubrationem lucernam olere confiterique lucernariam vitam me ducere, quamquam haut dixerim pisce saniorem et bovem in faucibus portantem rore pasci et plus olei absumere quam vini nihilque insumere nisi noctem. oleo tranquilliorem et terrae onus esse non est meum, quamquam intra meam cuticulam me

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

contineo imi subsellii vir et caudae eqninae pilos paulatim vello. at id extra cantum.

In multis me Apicio saluti fuisse opinor neque aquam in mortario tutudisse, sicubi falsus sim, condonabis, vir humanissime, nam quis ille Hercules tam robustus et perspicax fuerit qui Augiae istud stabulum una opera sic perpurget at nihil sordidum inibi relinquatur. cum trinoctiali illo me conferas, quod domem quae scilicet veterum libros nimis obsident, in quibus ego purgandis diu multumque laboro et ad vivum reseco, vel Iolaum potius appelles, si speciosis nominibus gaudes, quod paene oppressae ab hydra vetustati velut Hercnli clamanti sum praesto cum face. fax vero mihi inflammanda erat, id omni voce praedico, nam qui vulgo Cato est cuiusque notas per manus tradiderunt subventanea peperit palpatus in tenebris, primoribus labiis degustavit, leniter castigavit gulae magistrum eiusque bono non multum desudavit, palmam minime praeripuit, plurimum contra reliqui fecit. ex istius Humelbergii reliquorumque interpretum multis paleis parum fructus collegi et ex ingenti volumine minimum doctrinae retuli. ipse Listerus immunis venit, eandem cantilenam cecinit, scrupulos non exemit. quod alius condivit coquus, aliter condiendum erat. *πολλάκι καὶ κηπουρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.* in magnis et voluisse sat est. non omnis fert omnia tellus. quam multos in Caelio castigando labores tulerim, quantum temporis

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

atque olei absumpserim vix queam dicere, cum plurimis undique vulneribus confossus esset ipsaque interpunctione deformatus et pessumdatus. de quibus autem locis ambigebam neque sinceram veritatem eruere mihique eandem incudem tundenti penitus satisfacere poteram, eos aliorum iudiciis pensitandos castigandosque reliqui (inter alios sunt 3. 40. 41. 126. 135. 151. 160. 179. 187. 188. 189. 200. 202. 206. 207. 211. 221. 236. 239. 245. 248. 249. 252. 255. 268. 271. 287. 294. 295. 303. 359. 386. 406. 442.) utque in summa dicam quantum huic libro opis attulerim qui candida mente et livore purgata ipsum curiose lectitabunt et cum prioribus exemplaribus conferent facile deprehendent. ex lectionum variarum congerie cernes, homo litteratissime, quam turpiter depravata ad nos pervenerint ea excerpta apiciana, quanta ideo in coniectando licentia indulgeri debeat quamque nulla spes omnia corrigendi affulgeat. nonnullae emendationes ante pedes erant, nascebantur citius quam asparagi coquuntur, plures difficulter partae sunt. omnes locos emendare velle est arenam metiri et undas numerare. ubi saepe saxum volvi multumque sudavi et alsi, omnibus unguiculis codicum lectiones tenui. in notulis meis invenies etiam mutilata ramenta quaedam interpretationum et annotationes neque nimis multas neque nimis longas — quod non opus esse carum est — quibus vera lectio constituatur a mendis repurgata, singulares locutiones

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

quas cum lexicis alii scriptores ignorant et citerioris aetatis propria vocabula non neglexi subinde annotare et explanare. ne reipublicae literariae cives istis difficultatibus in posterum deterreantur et refugiant a legendo auctore non plane infructuoso aut inutili, cum ad cognoscendam rem privatam veterum tum saepe ad historiam literariam necessario, neque denique ut communi Europae universae magistro contemnendo. praetereas, pater elegantiarum, si quid non facit ad stomachum. verborum meorum adeo parcus fui, ut non tantum in nullas orationis amoenitates diffuderim sed et sententias, ubi plures erant de re una, diffluere maluerim quam operosiore sermonis veluti textura committere et devincire, ne scilicet opus in nimiam molem et mihi et lectori molestam excresceret. ad meum scribendi genus, ubi sic occasio fert, haec habeas, homo venustior. lineamenta Ciceronis non effingo, mihi longe honestior tauri facies aut item leonis quam simiae videtur quae tamen homini similior est. mihi quidem quicunque tantum componunt ex imitatione similes esse vel psittaco vel picae videntur proferentibus quae nec intellegunt, carent enim quae scribunt isti viribus et vita, carent actu, carent effectu, carent indole, iacent, dormiunt, stertunt, nihil ibi verum, nihil solidum, nihil efficax. me ut opinor exprimo, sine cortice natare volo. ut bene currere non potest qui pedem ponere studet in alienis tantum vestigiis, ita nec bene scribere qui tanquam de

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

praescripto non audet egredi. postremo scias infelicis esse ingenii nihil a se promere, semper imitari. quae stultitia esset, cum tam varia sint hominum ingenia, tam multiplices naturae, tam diversae inter se voluntates, eas velle unius ingenii angustiis adstringi et tanquam praefiniri? scribo quod sentio, sentio quod scribo, concordat calamus cum corde, lingua cum animo. sic haec ad Te scripsi tum ultuario stilo ac licentiore epistola. excusabis ingenii motum quem celeritas maturare non potuit. malui tamen haec quaecunque essent ad Te mittere quam diutius a me officium desiderari. colophonem addam nondum, quamvis grata brevitas et Tuum Tibi narrem somnium. ab unguibus incipiendum.

Creta notavi illum diem et unione signavi quo Te virum frugi cognovi et immensam erga studiosos quosque Tuam benignitatem quae eos permovet, fovet, tuetur perspectam habui. in noctibus atticis eruditorum virorum coenantium qui deipnosophistae audiunt mores secuti praeter seria iocos multas super diversissimis argumentis disputationes in iisque non paucas occasione capta a variis patinis subinde illatis habuimus, disseruimus tum de instrumentis coquinatoriis et escariis, tum de iuribus et impensis, tum de indice ciborum quoque ordine sint inlati quave ratione dulcibus cibis acres acutosque miscuerint ut obtusus illis et oblitus stomachus his excitaretur quotque instrumenta gulae vel ingenio cogitata sint vel studio confecta, omnino de hedy-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

pathia, gastrologia, gastronomia veterum. inter talia Tu ex me quaesisti quid ex Apicio eam in rem lucraremur sicque me medium tenuisti. rubore perfusus balbe pronuntiavi scripsisse eum de opsoniis et condimentis, sed adhuc ne unum quidem me exemplum vidisse atque illico pigneravi edulium syracusanum quod dudum illexerat oculos ad Apicium coemendum. omnium antiquariorum catalogis per plures menses perlustratis tandem sublatis manibus cepi editionem Listeri secundam quae prodiit Amstelodami 1709. in coelo fui, devoravi, somniavi coquum et culinam. at primis diebus vidi hic rarius conchas legendas et verum esse qui nucleo vesci velit ei frangendam nucem et solatus illo ardua esse quae egregia etiam vidi me non fore stultiorem quam Meletidem, si Apicio misere neglecto auxilio venirem post tot virorum remedia et tam diu oblivione sepultum resuscitarem, resuscitavit enim nequaquam novissimus editor Bernhold cuius nomen tacere melius est. commovi igitur sacra et quod volo sanctum est et omnem movi lapidem ne caderem in cursu, sed scopum attingerem meo Marte peragens. diu agrum sterilem colui et lapidem elixavi et undas numeravi. magis secundis velis navigare poteram ex quo nactus sum editionem omnium antiquissimam impressam Venetiis per Bernardinum Venetum sine anno, est enim vicaria codicis nescio cuius quamquam non admodum boni. ex ea recusam esse quae prodiit Mediolani per magistrum

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

Guilermum Signerre Rothomagensem anno domini MCCCCLXXXXVIII. die XX mensis Ianuarii et quae Venetiis MDIII per Ioannem de Cereto de Tridino, Tacuinum alias nominatum et quae Antverpiae ap. Rob. Bellaert typis Ioh. Gnaphei MDXX. meis oculis vidi et persuasissimum mihi est eas tres sublestae esse fidei, esse minus plenas et praeter principis menda innumera satis magnum numerum errorum continere. quare principe nisus multas lectiones tenui quae in listeriana missae novis inventis recesserant. nondum constiti neque prius destiti quam possedissem humelbergianam (Tiguri. 1542. 4. et Londini 1705 p. M. Listerum et torinianam (Basileae 1541. 4. Albani Torini cura.). at quam improbe deceptus sum! Humelbergii medici turba annotationum non est quae contextum sanet´et subitas cogitationes tueatur. coquinae tiro editione mediolanensi usus et codice manuscripto quem quadraginta circiter locis affert et aliquot tacite sequitur rudem nobis contextum ministrat, attamen pro evangelio est vulgata quam corrigere nefas sit. maius damnum literis intulisset Torini medici fetus portentosus, (repetitus Lugduni eodem anno 1541) si magis circumlatus esset. iste circulator et fraudator ope editionis venetae alterius et codicis monspelluani Apicium e tenebris eruisse et a mendis vindicasse simulat, en quaedam eius praefationis vanae „cum — multa Monspessuli curiose agerem „et accuratissime observarem, in insula urbi propin-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

„qua nomine Megalona*) reperi abiectissimo in loco „codicem semilacerum, cuius titulus qualore obsitus „vix characterum vestigiisre praesentabat Caelii Apitii „de re culinaria libros decem. deus bone, quantum „subsultabat animus prae gaudio, quantum triumpha- „bam ratus me non quod pueri in faba clamitant, „sed palmarium reperisse, puta romanum illum Api- „tium ὀψοφάγον, maximum omnium nepotum gurgi- „tem, cuius celeberrimi scriptores mentionem faciunt „eoque non verbum verbo solum sed characterum „vocum singularum monstrose deformatarum linia- „menta solicitius, ita ut ne apex quidem desidera- „retur, depingenda curavimus. — ipse simulatque „penitius inspexi et properanter caput unum atque „alterum transvolitavi. protinus apud me mussitavi: „si vetustior hic auctor, licet parum elegans, integer „et a mendis purus exstaret, haud ambigerem, quin „mortalibus cunctis, sed praecipue medicinae candi- „datis quum ad tutelam sanitatis tum ad morborum „curationem esset idoneus et cumprimis necessarius „quoad διαιτητικὴν, quae potissima eius artis est por-

---

*) Ibi centum fere annis ante codicem inventum referunt aliquot viri in Fabric. Bibl. Lat. T. 1. p. 501. in iis Bayle Diction. hist. iu Apic. Ce libre fut trouvé dans l'ile de Maguelonne auprès de Montpellier par Albanus Torinus qui le publia à Bâle douze ans après. il avoit été déja trouvé ailleurs près de cent ans auparavant sous le Pape Nicolas V. par Enoch d'Ascoli. il y avoit au titre M. Caecilius Apicius. fama haec si vera manavit, quaeritur adhuc ubi sit is liber. eo non usum Albinum omni pignore contenderim, editio certe vestigium codicis ms. non habet.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

„tio. — tulimus hunc nobiscum ob venerandam ve-
„tustatem pro opsopoeo in Germaniam tam prodi-
„giose corruptum, ut omnia instaurare sine emen-
„datiore codice non foret humani ingenii. quaprop-
„ter et premendum plane censebam, donec melioris
„alicuius exemplaris fieret copia, quod acceperam
„esse annis abhinc plus minus quinquaginta Venetiis
„expressum. moveo itaque omnem lapidem frustra
„triplicem trieteridem, quo tandem tempore (Is. Hon-
„terus Coronensis) ex Transsilvania illud venetianum
„accepi. quod ubi accepissem longe depravatius quam
„megalonense, abieci omnem edendi spem. ausim
„enim iurare eos qui utraque illa exemplaria exara-
„verant ne verbulum quidem intellexisse, ita omnia
„simpliciter erant foedissime depravata vocibus cunc-
„tis vitiate scriptis nec graecis nec latinis auribus
„cognitis, sine diastolis et punctis, vel iisdem omnino
„praeposteris, quae sententias commutare, amphibo-
„logias ciere, labyrinthio quemque vel ingeniosissi-
„mum involvere in confesso est. quibus monstris de-
„territi abiecimus utrumque codicem ceu deploratum.
„interim studiosi quidam praesertim artis medicae
„mecum expostulant, quur tam vetustum autorem ip-
„sis qualemcunque communicare tam diu differam,
„efflagitantes interea ne abderem diutius, sed in pu-
„blicum pro meo candore emittam. proinde nunc
„edidimus tandem, ne situ prorsus emacesceret ple-
„risque mendis nostra opera satis tumultuaria, nullo
„saepe suffragante exemplari, sublatis, adeo ut citra

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

„offensam sineque taedio a studiosis omnibus et legi „et maxima ex parte intelligi possit, edidimus inquam, „ut et aliis de musilli succurrendi occasionem, pris„cos in hoc aemulati, qui priusquam ars medica in „methodum esset redacta morbis oppressos in triviis „et compitis statuebant, ut a praetereuntibus salubres „morborum medelas perdiscerent.“ ut eius insani cri„tici rationem perspicias, deliciae nostrae, utque eius „nomen non amplius spatium concessum claudat, pri„mam compositionem satis habeo appinxisse. „Con„diti paradoxi compositio sic habet: mellis partes „quindecim in vas aeneum mittuntur, praemissis in „id vini sextariis duobus, quae pariter ad usque mel„lis elixati crassitudinem, hoc est, tantisper dum vi„num coctura consumatur, igni lento et lignis aridis „decoquantur; sic ut calfacta sedulo in terelixandum „ferula commoveantur. si effervere coeperit elixatio, „vini rore compescitur, praeter quod substracto igni „in se redit. quum perfrixerit, rursus accenditur. hoc „secundo ac tertio fiet atque tum demum remotum „a foco. postridie despumatur cum piperis unciis qua„tuor, iam tritae masticbes scrupulis tribus, folii et „croci drachmis singulis, dactylorum ossibus torridis „quinque, iisdem dactylis vino praemollitis, interce„dente videlicet prius suffusione vini, de suo utique „modo ac numero, ut tritura lenis habeatur. his om„nibus rite paratis supermittes vini lenis sextaria „octodecim. carbones perfecto addere duo millia con„gruit“. sic in omnibus ut lubet vel omittit quae

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

nescit, vel addit de suo ingeniolo, non de codice qui fabula est, vel repetit errores apertos, unde eum pro merito iam castigavi in Iahn. Archiv für Philol. u. Pädag. XIX. p. 213. minime contra succensemus Gab. Humelbergio ita inter alia praefanti „quia depravatissimi sunt Apicii libri, ut in quibus „nulla sit pagina, imo vix una aut altera quasi linea „non mendosa et prodigiose corrupta, adeo quidem „ut nullus inde sensus elici nec auctoris mens in„telligi possit, hinc operae pretium esse duxi casti„gandi onus suscipere et emendare illos. quodsi hac „castigatione, qua etiam minutula quaedam, sed quae „lectorem remorentur, annotavimus et pleraque con„niventibus oculis transmisimus, universo operi non„dum forte ad plenum satisfactum fuerit, tamen nemo „id sanae mentis puto vitio vertet, cum homines si„mus et nulla sit disciplina aut ars quae singulari „consummata sit ingenio. quapropter ut in magna „silva boni venatoris est indaganter feras quam plu„rimas capere nec cuiquam culpae fuit non omnes „cepisse: ita nobis satis abundeque fuerit pro inge„nii nostri viribus maximam partem et quantum po„tis fuit praestitisse, cum etiamnon assecutis voluisse „abunde pulcrum atque magnificum sit, praesertim „in re tam ardua, in qua vel Lynceus quispiam per„spicacissimus aut Argus oculatissimus, nedum lus„ciosus aliquis oculis lippiens plurimum caecutire „possit. quare si quid reliquum est et a nobis prae„termissum, alii qui vegetiore sunt ingenio id sup-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

„pleant et quae minus bene a nobis sunt tradita „fidelius praestent, nos interim Apicio hocce no- „stro, qui prius multifariam et prodigiose saucius „erat et lacerus, nunc autem opera nostra qualicun- „que et quantum licuit medicatus et refartus splen- „didiore habitu ingreditur, ob oculos posito contenti „oblectemur“. non improbitate peccavit et voluntatem habuit ad Apicium emendandum et in locis facilioribus aliquoties verum invenisse haut negaverim.

Sic in manu habens editionem principem, humelbergianam et listerianam, quae pro una haberi possunt cum nonnisi in minutiis dissentiant — reliquas silentio premo — et praeter Te mutis magistris similis argumenti non obiter utens, inprimis veteribus medicis, Apicius enim ex praeceptis artis medicae coquit, quod aperte dictum habes compos. 29. 62. 63. 65. 102. 103. 104. 105. 443. et significat oxyporum 33. olus molle 97. praeter alia de quibus in notulis monitum, et additum pondus in multis condimentis, severissime et diligentissime isti rei culinariae operam dedi, sed diu meditatus commentatus cum magno meo dolore sensi codicibus carentem nihil iuvare laborem. demissis auriculis per vastitatem eiulans hominesque deosque implorans ab Halmio nostro certior sum factus, Wuestemannum dudum mihi amicum non sine codicibus se exercere in Apicio retexendo. nuntium confirmavit prima epistola moxque pari iugo mecum nisus est et lac gallinaceum speravi eum non ficulnum

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

auxilium fore arbitratus et bonum ducem bonum comitem facturum. mutuis aliquot epistolis de instituenda ratione communis operis missis exitus fuit ut suas collationes mecum communicaret seque a cura apiciana removeret. sunt illae codicis vaticani 1146 (sigla eius est β) vetustissimi circ. sec. X. cuius varias lectiones jam Gudius (cf. Fabric. Bibl. Lat. T. I. p. 502. not. d.) ad marginem editionis minime exspectationi respondentis Torinianae appinxerat anni 1551. eas fere inutiles a Fabricio cum Almeloveenio qui editionem illam amstelodamensem an. MDCCIX. curavit absoluto iam opere communicatas post pag. 277. habes indeque recusas in bernholdiana. suntque item vaticani 1145 (γ mihi) sec. XIV. minus boni et parisini 6167 (π mihi). vaticanos summa cum cura contulit E. Braun, Duebner parisinum. is in multis abhorret ab illis, videtur alius familiae cuius princeps librarius vel corrupta vel non satis intellecta sua auctoritate et consilio abolebat et corrigebat. lemmata, inscriptiones capitulaque omittit idque merito, nam sunt librariorum atque non necessario librum augent. socio in opere faciendo mortuo deserta causa vici, erat scilicet non raro patruus mihi et lingua bellabat. atque iugo excusso quam spartam unus nactus hanc ornavi et sic uni mihi fundamenta facienda, summum fastigium imponendum et suprema manus addenda. qui primo summis pedibus ingrediebar, horum codicum et editionis principis ope leporis vitae

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tergum dedi. ut primum carnes affuerunt, taricho non contentus fui et cum praesto esset via, non requirendam semitam putavi.

Dum alter Sisyphus molior et naenias Tibi cano quod adhuc ad fractam sit canendum et nisi aliis libris adiutus pensum absolvere non confidam, in frigidum furnum non immisi panes et contra expectationem beatum me reddidisti parum cognita illa excerpta apiciana praebens quae per virum rei peritum Parisiis describi fecisti. si nummos haberem, aureum Te ponerem, at nihil habeo nisi verba pro farina. gaudeo mirifice quod data est nobis occasiuncula, ut de communibus studiis aliquid per litteras colloquamur, sic enim fore spero ut amor in doctrinam Tuam meus amicitiam inter nos conflet. id singulare et vere unicum opusculum inscribitur Apici excerpta a Vinidario viro intitulato (in cod. vir intut) et particula est codicis Salmasiani (Bibl. Paris. Supplem. Lat. 685.) septimi ferme seculi, charactere vetustissimo, literis uncialibus descripti (de eo satis dixit Sillig Praefat. ad Plin. vol. V. p. XV—XXII.). Salmasius in Exercitationibus Plinianis ea excerpta usurpat p. 161. 255. 256. 261. 358. 425. 720. 740. 750. 753. 823. 900. edit. Traj. ad Lampridii Alex. Sev. 37. Capitol. Ant. Pi. 9. titulum sequitur.

„De siccis hoc. Lasaris radices. menta. ne„peta. salvia. cuppressu. origanu. zyniperum. cepa „gentima. bacas timmi. coriandrum. piretru. citri fa-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

„stinaca. cepa ascalonia. radices iunci. anet. puleiu. „ciperum alin. ospera. samsucu. innula silpiu. car- „damomu. De liquoribus hoc: mel, defritu ca- „rinu apiperm passu. De nucleis hoc: nuces ma- „iores nuclos pineos ac midula. ab allana. De po- „mis siccis hoc: Damascena. datilos. uva passa. „granata. Haec omnia in loco sicco pone ne odorem „et virtutem perdant. Brevis cyborum. I. Cac- „cabina minore. II. caccabina fusile. III. ofellas ga- „ratas. IIII. ofellas assas. V. aliter ofellas. VI. ofel- „las graton. VII. pisces scorpiones rapulatus. VIII. „pisces frixos. cuiuscumque generis. VIIII. item pisces „frixos. X. pisces assos. XI. pisces inotogonon. XII. „sardas. XIII. item pisces inotogonon. XIIII. mul- „los anetatos. XV. aliter mullos. XVI murenas et „anguillas. XVII. lucustas et isquillas XVIII. pis- „ces elixos. XVIIII. patinas oborum. XX. porcello „coriandratu. XXI. porcello in occuctu. XXII. por- „cello eo jure. XXIII. porcello tymmo crapsu. XXIIII. „porcellu exozome. XXV. porcellu lasaratu. XXVI. „porcellu juscellu. XXVII. agnu simplice. XXVIII. „haedulas aratu. XXVIIII. turdos a ponto menos. „XXX. turtures. XXXI. ius in perdices. — I. Cac- „cabina minore. olera diversa. elixa. compone,“ quae sunt reliqua inserta nunc habes locis rei proximis, sunt autem 119. 120. 153—165. 255—257. 270. 370. 375. 380—394. ubi adhibebis notas in quibus aenigmata solvere tentavi istis excerptis quae triginta unam compositiones continent Apicius, qui

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

adhuc fuit, plenior redditus est et multis locis luculente adiutus, quamquam mendis vix tollendis scatent et vocibus abundant quae lexica Tua maiora, in quibus Forcellinii et Ducangii novissimarum editionum, non comprehendunt. dabis mihi, vir ingenio elegantissimo, antequam limen Apici intro, siccorum pigmentorum et liquorum nomina perperam picta sanare, Te non nudo mandasse excubias ut a prima linea intellegas.

„Zyniperum“ eius codicis alibi melius scribitur zinziberum, zinziber, gingiber estque nationis Tuae gingembre. cf. ad 29. pro „gentima“ codicem habere „gentia“ testatur Salmas. in Solin. p. 823. a. esseque putat getia, gethyum, *γήθυον* seu *γήτειον*, quocum non facio, ea enim cepa Nostro vocatur pallachana cf. ad 145. mihi est Plinii 19, 102. setania, 19, 95. Theophrasti hist. plant. 7, 4, 7. setanion, *σητάνιον χρόμμυον* cf. ad 356. „timmi“ est timi, thymi i. e. folliculum eius cum semine quod in eo continetur, ut baca rutae 137. 138. 473. „fastinaca“ est fascina Catonis 37, 5. Ovid. fast. 4, 754. inde Romanorum hodiernorum fascina et Gallorum fascine (Diez Lex. d. rom. spr. p. 140.) pro vulgari voce fasciculus. „alin“ est aliu i. e. alium seu allium. „ospera“ non sunt *ὄσπρια*, corrupte spiria ap. Non. p. 138 in ervum, neque ospreta, *ὀσπρητά*, sed prasum, *πράσον* vel alium scorodoprason, *σκορδόπρασον* Dioscor. 2, 182. Plin. 25. 63. allium fibratum in Priap. 51, 22. Vergil. moret. 88. Gallorum

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

roccambole, schlangenknoblauch. cf. Sprengel ad Theophrast 7, 4, 7. p. 259. „apiperm“ est apirinum, apyrinum, vinum e malis punicis quae nucleos nullos i. e minus lignosos habent, Theophr. 2, 2, 5. 4, 13, 2. Colum. 5, 10, 15. de arbor 23, 1. Plin. 13, 112. Senec. ep 85, 5. Geoponic. 10, 31. Salmas. Hyl. iatric. p. m. 200. a B. ad tertias decoctum, *ῥοΐτης* Plinii 14, 103. Diosc. 5, 34. coll. 1, 151. ut e malis cydoneis fiebat *κυδωνίτης*, *κυδωνόμελι*, defrictum de cotoneis Apic. 51. cf. Schneider ad Pallad. 11, 20. emplastrum ex apyreno ap. Paul. Aegin. 7, 17. nomen habet a palmulis seu dactylis nicolais et palmae cerebello. „ac midula“ esse amigdala certissimum est. cf. ad 53. Cum his excerptis iunges haec Salmasii Exercit. p. 900. a „De seminibus hoc: papaver, semen rutae, baca rutae, baca lauri, semen aneti, semen foeniculi, semen ligustici, semen erucae, semen coriandri“ et p. 750. „brevis pimentorum quae in domo esse debent ut condimento nihil desit: crocum, piper, zingiber, lasar, folium, baca murrhae, costum, cariofyllum, spica indica, addena, cardamomum, spica nardi“, ubi viro docto maxime mirum videtur spicam nardi et spicam indicam veluti diversas recenseri, quare reponi vult celtica. quid sit addena me latet. haut enim crediderim legendum esse adorea vel atera athera *ἀθήρα*, *ἀθάρα* Dioscor. 2, 114 al. forte casia s. cassia.

Huic praemio non minus addidisti ante duos annos codicem florentinum (cod. 20 plut. 73. biblio-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

thecae medic. laurent. Florent. mihi dicitur δ) manu peritissima Petri de Furia (Pietro dal Furia archivista di Firenze) descriptum una cum minoris momenti collationibus trium codicum, cod. 26 codic. riccardian. Florent. scripti a Pacutio Sabino an 1464. Bononiae (mihi est ζ), et cod. 29. eorundem et cod. 67. (mihi ϑ et ϰ) olim strozzian. nunc laurent. Florent. qui magnam lacunam habet a §. 70 ad „cum ferverit“ §. 170. adiunxisses varias lectiones codicis in Museo Laurentii Pignorii Patavini (citati a Montfaucon. Bibliothec Bibliothecar. I. p. 487) nisi evanuisset. Sic tenacioribus me filis implicuisti quibus nec volam nec potero unquam explicari. aureis compedibus teneri dulce. Tu perge ornare isto pacto me vel immerentem, non minus enim plerumque delectat falsa quam vera laus, sicut gratius accidit fere quod dono datur quam quod ex debito. id Tibi persuasum velim ea Te mecum amoris et officii fundamenta iecisse, ut nullo casu ruere, nulla re convelli possint, effice Tu homo non minus litteratissimus quam integerrimus, ut voto fruamur. sed certe sum longior amoris vinculo extractus quo Te complector coloque atque admiror, nimis fortasse Tibi molestus, itaque iam desinam.

Parvum quidem Tuo nomini libellum dedico, sed ut spero nec inanem rerum nec inopem. multa et remota lectio, multa illum formavit opera. Tu vero electus potissimum in cuius appareat nomine, non quo rem tantillam tantae virtuti fortunaeque arbitrer

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

aut hoc esse denique putem quod Tuis erga me meritis debeatur, verum cum prodire nollet in publicum liber sine patrocinio, Tuum praecipue sibi nome ninscripsit, ex quo tutior foret atque honestior. quare suscipe quaeso quidquid hoc est mei foetus qua me quoque ipsum soles humanitate quaeque tanta est ut Te boni consulturum quidquid a nobis proficiscatur existimem. Apicium hunc nostrum donec maiora Tibi ac fortasse meliora parturimus veluti praeludium aliquod veri iustique laboris, quo citius rudem accipiam, laeta rogamus fronte excipias.

Dabam ex museolo nostro quod est
ad fontes danubinos Idib. Dec.
MDCCCLVI.

CODICUM NOTAE.

β Codex Vaticanus 1146 circ. X sec.
γ Codex Vaticanus 1145 sec XIV.
π Codex Parisinus 6167.
δ Codex Florentinus Laurent. cod. 20 plut. 73.
ζ „ „ 26 Riccard. 1464.
ϑ „ „ 29 „
$\varkappa$ „ „ 67 Laurent.
Cod. Salmas, Codex Salmasianus (vid. praef. p. 21).
Ed. pr., Editio princeps Veneta (vid. praef. p. 13).
H. s. Hum., Humelbergi Editio (vid. praef. p. 14).
Tor. Ed., Torini editio (vid. praef. p. 14).

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

Incipit Apici Caeli epimeles.

LIB. I.

1. Conditum paradoxum: [conditi paradoxi conpositio] mellis partes XV in aeneum vas mittuntur praemissis vini sextariis duobus, ut in coctura mellis vinum decoquas quod igni lento et aridis lignis calefactum conmotum ferula [dum coquitur] si effervere coeperit, vini rore conpescitur, praeter quod subtracto igni in se redit. cum perfrixerit, rursus accenditur, hoc secundo ac tertio fiet ac tum demum remotum a foco postridie despumatur. tunc piperis unc. IIII. contriti masticis scripulos III. foli et croci dragmas singulas dactilorum ossibus torridis quinque iis denique [dactilis] vino emollitis, intercedente prius suffusione vini de suo modo ac numero ut tritura levis habeatur. his omnibus paratis supermittis vini lenis sextarios XVIII. carbones perfecto aderunt duo milia.

Graecos titulos apud Romanos in usu fuisse, sed latinis literis exaratos, ostendit Osann Analect. Crit. c. 4. p. 62. not. 1. et Weichert ad Poetar. lat. reliq. p. 46. 47. Ad adiectivum ἐπιμελής non ut in aliis titulis suppletur βίβλος sed ὀψοποίος, obsonator; coquinae magister Isidori Orig. 20, 2, 32. qui cibos condit et coquit et dominici palatus subtilem notitiam habere debet, apud Senec. ep. 47, 6. — mellis per codd. m. partes ed. pr. Hum. conieci olim per partes i. e. partibus 188. 375. ex Veget. art. vet. 3, 6, 11. Gargil. Mart. de arb. pomif. 3, 4. ut sit: sextarii quindecim mellis in ahenum

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

2. Conditum melizomum [viatorum conditum melizomum] perpetuum quod subministratur per viam peregrinanti: piper tritum cum melle despumato in cupellam mittis conditi loco et ad momentum quantum sit bibendum tantum aut mellis porro feras aut vinum misceas. sed suaserim nonnihil vini melizomo mittas. [adiciendum propter mellis exitum solutiorem].

3. Absintium romanum sic facies condiri Camerini praeceptis utique pro absintio cessante, in cuius vicem absinti pontici purgati terebintique unciam thebaicam dabis, masticis, foli III. costi scripulos VI. croci scripulos III. vini cuiusmodi sextarios XVIII. carbones amaritudo non exigit.

paulatim infunduntur ad sextaria duo vini, ut in coquendo melle vinum decoquatur. Fortasse per librariis debetur pro p̃ i. e. pondo, librae. — praemissis ex γ. pro praemissi. in praemissis inde ed. pr. — cocturam codd. — ferola et ferula codd. — actum in quinque codd. ut „coctum“ 169. est „si coctum est“. — in amputata Apici oratione suppleas „addis“ vel „misces“. — dragmae singulae codd. et iam triti. et cum pip. — iis denique ex ζ pro iisdemque vel hisdem. — emollitis ex β. pro mollitis. — levis corr. pro lenis. — aderunt ex βγ pro addere.

ad 2. porro f. corr. pro proferas vel inferas ed. pr. — suaserit omnes libri habent. corr. cum Torino et Conr. Gesnero in marg. edit. humelb. quod exemplar Baiteri amicitiae debeo. placet etiam Barthi suasum erit — solitiorem codd. praeter ed. pr.

ad 3. corr. pro conditi camerini minus audax quam Hum. qui „absinthiatum — condito camerino, recepto utique pro absinthiato, cessante“. Lister explicat: pro absinthio conficiendo et quo nemo iam aut pauci utuntur, nempe isto camerino condito iam antiquato, in cuius vicem hoc romanum conditum sic facies. — corr. pro terendique ex Plin. 14, 112. coni. olim „caesonio“ caesoniano. Caesonii rei rusticae scriptores ap. Colum. 1, 4,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

4. Rosatum sic facies: folia rosarum albo sublato lino inseris — ut sutiles facias — et vino quam plurimas infundis, ut septem diebus in vino sint. post septem dies rosam de vino tollis et alias sutules recentes similiter mittis, ut per dies septem in vino requiescant et rosam eximis similiter. a tertio facias et rosam eximis et vinum colas et cum ad bibendum voles uti, addito melle rosatum conficies. sane custodito ut rosam a rore siccam et optimam mittas. Similiter ut supra de viola violatum facies et eodem modo melle temperabis.

Rosatum sine rosa sic facies: folia citri viridia in sportella palmea in dolium musti mittes antequam ferveat et post quadraginta dies exime. cum necesse fuerit, mel addes et pro rosato utere.

5. Oleum liburnicum sic facies: in oleo spano mittes elenium et ciperum et folia lauri non vetusta, tunsa omnia excribellata ad levissimum pulverem redacta et sales frictos tritos et per triduum

1. „thebaicae“ et „thebaicis“ cum „dablis“ vel „badiis“ ex Isidor. 12, 1, 49. alii alia inveniant ex Diosc. 5, 49. Oribas. 5, 25. 32. Geopon. 8, 21. Plin. 14, 109. Pallad. 11, 14, 17. 18. — ex ζ restitui pro eiusmodi, quod fortasse est „lene“ §. 1.

ad 4. subtilis, subtiles, sutilis, sutules utroque loco in codd. eadem confusio Cels. 8, 11. in Priap. 19, 3. Apul. met. 1, 6. 6, 18. — ut vino codd. — a tertio facias et rosam eximis ex βπ cum Hum. addidi. — deviolacium βγδϑκ. de vino latium π. deviolatum ζ. de viola violatium Hum. sic Pallad. 3, 32. violatum, violaceum, violatium. coniicias de viola laticem ut absinthi laticem dixit Lucret. 4, 16. niveum Prudent. cathem. 3, 67. lacteum Apulei. met. 1, 19.

ad 5. spano in sex codd. pro hispano 254. — elenium, ell. et 16. inlunium, in ed. pr. helenium scribitur, ἑλένιον. — cyperum, cipery, ciperi scribitur. — promisce codd. meum „porro“ hortatur et ad miscendum urget quasi.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

vel plus porro misce diligenter, post haec aliquanto tempore patere requiescere et liburnicum omnes putabunt

6 Vinum ex atro candidum sic facies: lomentum ex faba factum vel ovorum trium alborem in lagonam mittis et diutissime agitas. si salem adieceris candidum et cinerem vitis albae, idem faciunt.

7. De liquamine emendando. liquamen si odorem malum fecerit, vas inane inversum fumiga lauro et cupresso et in hoc liquamen infunde ante ventilatum. si salsum fuerit, mellis sextarium mittis et move spicas et emendasti. sed et mustum recens idem praestat.

8. Ut carnes sine sale quovis tempore recentes sint: carnes recentes quales volueris melle tegantur, sed vas pendeat. et quando volueris, utere hoc hieme melius fit, aestate paucis diebus durabit et in carne cocta itidem facies.

9. Callum porcinum vel bubulum et ungellae et cocta ut diu durent: in senapi ex

ad 6. si absorptum putans adieci et correxi ut vides. in sex codd. agita sali adierit candidum, in π: agita salem adicias, in ed. pr. sal adieceris c. Hum. cum suo cod. dedit agitas, alia die erit candidum. cf. Pallad. 11, 14, 9. 10. Varr. in Geopon. 7, 21. lagonam ex β et aliquot libris Martial. 6, 89, 7. 13, 120. 14, 116. Phaedr. 1, 26. Colum. 12, 47, 2. (Schneider Ind. rer. in lagoena) pro lagenam.

ad 7. emendato florr. fenunde codd. funde ed. pr. — moves picas βγπ. novem spicas ed. pr. ad 334. nunc malim moves sp. — muscum π. fortasse muscus, μόσχος est, vel nux moschata.

ad 8. volebam olim „ad vas pendeas“ ut „appendeas“ 386. nunc confero Colum. 12, 42 fin. „vas — alte suspenditur, ne pallorem trahat“, 12, 46 fin. „frigido loco suspendunt“, Hermann in Schneidew. Philol. VIII. p. 570. 571.

ad 9. de callo ad 259. uncella cocta γ. ed. pr.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

aceto, sale, melle facto mittis, ut tegantur et quando volueris, utere. miraberis

10 Ut carnem salsam dulcem facias: carnem salsam dulcem facies, si prius in lacte coquas et postea in aqua.

11. Ut pisces fricti diu durent: eodem momento quo friguntur et levantur ab aceto calido perfunduntur.

12. Hostrea ut diu durent: vasa bacato, ante ex aceto obbas, callo pisito lava et hostrea conpone.

13 Ut uncia lasaris toto tempore uta-

vel lumbulum et ungellae coctae Hum ad „cocta“ supple „caro“, ut opponatur illis salsis. cf. 8. 10. vel „et“ est „et quidem, vel legas „excocta“, neutr. plur. — senapi βγ et plurimi libri 24.

ad 10. in aquam in plurimis codd. quod si verum est, „lacte“ accusativus habendus. cf. Plin. 20, 183. al.

ad 12. Sic locus corruptissimus emendandus visus, qui in omnibus libris est: vas ab aceto aut ex aceto vasculum picitum lava et hostrea conpone. in vocibus rarioribus maxima menda haerent. ostrea cruda illata esse patet ex Macrob. sat. 3, 13, 12. cum cuminato ex nostro 30. qua arte veteres recentia servaverint ap. Athen. 1, 13. tacetur et ap. Suid. in ὄστρεα p. 1186. qui illo usus est.

hodie excisa, testis exemta foliis laurinis, sale, sua aqua superfusa in doliolis demittuntur, sicque servantur. similia veteribus faciendа erant. „bacare“ est vesca bacalia (Plin. 15. 129. vel bacali lauro 17, 60.) consternere; „obbare“ obba seu vase capaciore (Non. p. m 100. a. 373. b. interpp. ad Pers. 5, 148) humectare et imbuere; „callum“ scil. salis marini (Plin. 16, 56.), sal densatum, πυκνόν; „pisitum“ contusum seu tritum, cf. πτίσσειν; „lavare aliqua re“ tingere, ἅλμειν, comparate replere muria, sic 251. pullus de iure lavatur, 298. pulmo ex lacte; „conponere“ est in ea muria condere. — hostrea pro ostrea ex ϑ et 133. ex β. quibus 151. accedit par. sic „hostia“ et „hostium“ libri tuentur 311.

ad 13. vitreum pro cum ex sex codd. et ed. pr. —

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

ris: lasar in spatiosum doliolum vitreum mittis et nucleos [pineos ut puta] viginti cumque utendum fuerit lasare, nucleos conteres. exin, si vis, inrorabis in sapores et tantum numero nucleorum doliolo reserentur.

14. Ut dulcia melle diu durent: accipies quod Graeci dicunt *πηγίον* et facies farinam et admisces cum melle et tempore quo dulcia facturus es.

15. Ut mel malum bonum facias: mel malum bonum facies ad vendendum, unam partem mali et duas boni si simul miscueris.

16. Mel corruptum ut probes: elenium infundes in melle et iucendes, si incorruptum est, lucet.

17. Uvae ut diu serventur: accipies uvas de vite illaesas et aquam fluvialem ad tertias deco-

exin cibis miraberis in sapores codd. Casp. Barth non male invenit „exin indes cibis, miraberis sapores", male contra Hum. „et in cibos miscebis et in sapores". idem numerum correxit. ad meum „si vis" cf. 9. 17. 27. 43. 334. et fortasse 281. ad „inrorabis" quae ad Gargil. cur. boum 23. dixi.

ad 14. dulcia melle ex *β*. dulcia mella in quinque, d. de mella ed. pr. „melle" est ablativus originis. qui in „pulpa petasone" 203. „culter ferro" ap. Petron. 70. „currus auro" Propert. 2, 23, 11. — *πηνίον* emend. pro insano nechon. est vero fermenti seu faecis genus quod panem tumefaciat et extendat, *ζύμη, ἀνα-*

νέον ἀφρῶδες Didymi Geopon. 2, 33, ut sit fermentacius, fermentis confectus, cui opponitur azymus *ἄζυμος*, Isidor. 20, 2, 15. cf. ad Gargil. 19. p. 36. — eo temp. ep. pr. Hum.

ad 15. comedendum olim corr. pro vendendum, ne id sit indignum Apicio. — si omittunt quinque, paene absorptum in cod. *β*. bonis cf. 125. si unam ed. pr.

ad 16. inlunium in sex codd. helenium ed. pr. H. cf. 5. alibi „inula", *ἤνουλα*.

ad 17. Sex cod.: vas picem (om. *γ*. picari ed. pr. H.) vaspicem seu vespicem esse vidi ex Colum. 12, 47, 2. et Plin. 15, 66 67. frutectum densum (Fest. p. 369, 3.), aliorum vibicem (ut

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

ques et mittes in vas in quo et uvas mittis vaspicem et gipsari facies et in locum frigidum ubi sol accessum non habet poni facias et, quando volueris, uvas virides invenies. et ipsam aquam pro idromelli aegri dabis. et si in ordeo obruas, illaesas invenies.

18. Ut mala et mala granata diu durent: in aquam (marinam) calidam ferventem merge et statim leva et suspende.

19. Ut mala cidonia diu serventur: eligis mala sine vitio cum ramulis et foliis (ficulnis), condes in vas et suffundes mel et defrictum et diu servabis.

Pers. 4, 49. cum Schol. p. 318. ed. Iahn. vel ap. Hermann. Lect. Pers. 1. p. 19.) seu viticem i. e. agnum castum, certe speciem eius. cf. 23. — hydromeli ed. pr. H. — aegri corr. ex sex codd. aegrui, par. aegro, ed. pr. H. aegris. addas id adiectivum illis quae duplicem terminationem habent et „limis" ex AmmianoMarc. 17, 7. 20, 9, 2. ut sacris, celebris, salubris,al. apud Ruddimann. 1. p. 164. Kritz. ad Salust. Cat. 59, 5. Iug. 1, 1. 66, 3. Hildebr. ad Apul. 1 p. 20. et 356.

ad 18. et mala add. ex β. — Ut cod. β. aquam omisit, sic omnes marinam per compendium scriptum neglexerunt. addendum censui ut Noster praeciperet quod de punicis Plinius 15, 60. de malis granatis Mago ap. Colum. 12, 46, 5. de malis punicis Pallad. 4, 10, 7. de prunis 12, 7, 16. coll. Geopon. 4, 15, 10. 10, 38, 7. — in calidam ferventissimam mittes, Pelagon. 9. p. 47.

ad 19. sic ficulnis addendum fuit ex Col. 12, 47, 1. Plin. 15, 60. Pallad. 3, 25, 25. Geopon. 10, 28, 5. et condes corrigendum pro f. et condies ex iisdem qui utuntur „illigare, convolvere, involvere, *συγκαλύπτειν*." olim conieci „circumdes" vel „conduces" i. q. obduces, vel „condues". — cydonia vulgo. — defrictum restitui ex δ. et cod. salmas. et Non. p. 378. reliqui variant „defrictum, defritum defretum 67. 145. defrutum" scribentes. erat verbum defricere et defricare, defrutare i. e. coquendo imminuere, ut fruare nimio usu consumere. Cat. 96, 1. Non. p. 378. 379. sicque

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

20. Ficum recentem, mala, pruna, pira, cerasia ut diu serves: omnia cum petiolis diligenter legito et in melle ponito, ne se contingant.

21. Citria ut diu durent: in vas citrium mitte, gipso suspende.

22. Ut diu durent mora: ex moris sucum facito et cum sapa misce in vitreo vaso, tum mora mitte custodies multo tempore.

23. Holera ut diu serventur: holera electa non satis matura in vaspicetum repone.

24. Rapae ut diu serventur: antea curatas

est mustum decoctum idque ad dimidiam, decocta suavitas Cicer. de orat. 3, 26, 103. ἕψημα Plinii 9, 80.

ad 20. petiolis ex par. ed. pr. H. pro peciolis. eadem varietas ex pronuntiatione nata Colum. 12, 46, 7. 12, 49, 8. de arbor. 23, 2. sequor Nonium p. 109. „petiolus a pede diminutive". est pediculus Plinii et Columellae et Pallad. 2, 15, 5., parvus pes quo folium aut pomum sustinetur et arbori adhaeret.

ad 21. citrium repetitur ut dicatur: singula vasis singulis claudantur, Pallad. 4, 10, 18. Plin. 15, 65. gipso suspende corr. pro gipsa, susp. ut sit: non satis profunde merge, leviter demersa compone, gypso alline ex Pallad. γύψῳ πεφυραμένῃ κατάχριε ex Sotione Geopon. 10, 10. sic sorba fictilibus usque ad plenum claudantur urceolis gypso desuper tectis, ap. Pall. 2, 15, 4. gypso includis 11, 17, 2.

ad 22. mora om. $\beta\gamma$ ed. pr. — tum corr. pro cum mora vel cum moram. Hum. ed. „et in v. v. cum moris m." — vase vulgo. suo iusculo s. suco impleta perdiu servari testatur etiam Berytius Geopon. 10, 70. similiter in Arabia dactili suo ipsorum suco expresso conduntur.

ad 23. holera pro olera ex aliis locis. Iahn. Var. Lect. ad Pers. 6, 20. — vaspicetum scripsi pro vas picitum vel picatum ed. pr. H. ut frutex fruticetum et frutectum ap. Fest. p. 369, 3. salix salictetum et salictum facit, sic vaspix 17. vaspicetum eiusque farinae sunt dumetum, virectum ap. Isidor. 17, 6, 2.

ad 24. antea cur. ex ζ pro ante acc. „curare" me-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

et conpositas perdes mirtae bacis cum melle et aceto. Aliter: senapi tempera, melle, aceto, sale et super conpositas rapas infunde.

25. Tubera ut diu serventur: tubera quae aqua non vexaverint conponis in vas alternis, alternis scobem siccam mittis et gipsas et loco frigido pones.

26. Duracina persica ut diu durent: eligito optima et mitte in muriam, postero die exime et spongizabis diligenter et collocabis in vas, fundes salem, acetum, satureiam.

27. Olivas virides servare ut quovis tempore oleum facias: olivas de arbore sublatas in illud mittis et erunt tales quovis tempore quasi mox de arbore redemptae. de quibus, si volueris, oleum viride facies.

28. Damascena, dactilos, uvas passas, granata,

dicorum vox est exacte praeparare, zurichten (Muetzell ad Curt. 3, 13, 12) et coquorum purgare, ut dixerunt curare cutem, vitem, nam inde derivatur hispan. escurar, ital. sgurare, gall. écurer saeubern. — mirti $\beta\gamma$. myrtae in reliquis. ad 220.

ad 25. vexaverit γ. edd. usum verbi non capientes. Pelagon. 14. in. „cum equi vexaverint“ i. q. „vexati fuerint“. sic vl reflexiva usurpantur ap. Nostrum miniare sich roth färben 60, colorare, mollire, coquere 278.

ad 26. sfongiabis et sphong. codd. praefixa Italorum ex more litera i. sic sfondilus et sphond. al. cf. ad 42.

ad 27. in illud oleum. eae olivae oleo suo purae quae innatant colymbades quasi sunt, Plin. 15, 16. — viridem hoc loco ut aliis plurimi iique optimi codd. tenent ut „coriandrum viridem multis locis. sic „pulmentarium ferventem“ 62. „iecur eum“ 40. „coagulum eum“ 304. oxygarum digestibilem 35. mare ferventem ap. Aeth. Istr. 66. „undantem salum“ ap. alios et sim. sic collus (ad Gargil. cur. boum 10.) vinus. isto tempore genus multorum substantivorum variabat. cf. Teipel in Zeitschr. f. d. Alterth. 1842. p. 65.

ad 28. est ex codice salmas.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

34. Hypotrima: piper, ligisticum, mentam aridam, nucleos pineos, uvam passam, cariotam, caseum dulcem, mel, acetum, liquamen, vinum, oleum, defrictum aut cariotum.

35. Oxygarum digestibile: piperis semunciam, sili gallici scripulos III. cardamomi scripulos VI. cimini scripulos VI. foli scripulum I. mentae siccae scripulos VI. tunsa cribrataque melle colligis, cum opus fuerit, liquamen et acetum addis. Aliter: piperis unc. I. petrosilini, carei, ligistici unc. singulas. melle colliguntur, cum opus fuerit, liquamen et acetum addes.

36. Mortaria: mentam, rutam, coriandrum, feniculum omnia viridia, ligisticum piper, mel, liquamen. si opus fuerit, acetum addes.

ad 34. cariotum em. pro librorum cariotam. cf. 277. 310. 385. est nobile illud vinum palmeum, ex caryotis factum, quod dibs dicunt, dattelhonig. Hum. ed. caroenum.

ad 35. detestabilem et detestibilem in aliquot codd. „sucus digestibilis“ ap. Cael. Aur. chron. 1, 4. „digestorium embamma“ ap. Marc. Emp. 20. ἀγαθὸν πρὸς εὐπεψίαν Athen. 8, 56. ad 232. de genere ad 27. — semunc. et semiunc. fet in β simunc. variant. 46. Iahn. Var. Lect. ad Pers. 5, 121. Hermann Lect. Pers. III. p. 25. — pro silfi corr. sili, σίλι et σέσελι seu σέσελις, „seselium gallicum“ Plin. Val. 1, 58. „sil gallicum“ Veget. 5, 26, 3. 5, 39, 1. 6. σέσελι γαλλικὸν Hippiatr. „sil massiliense“ Plin. 20, 36. „massalioticum“ Marcell. 1. fol. 88. a. ed. Ald. sil montanum infra 75. hodie seseli tortuosum, bergkümmel. ad Nostrum facit Plin. 20, 37. „multum in summo cibo concoctionibus confert vel folio vel semine“, quod tordylion vocatur 20, 238. 24, 177. Diosc. 3, 56. vinum inde conditum „silatum“ audit ap. Paul. Fest. p. 346. 347. coll. Diosc. 3, 53. — colligunt ut vel colligunt et in codd.

ad 36. Mortaria et moretaria codd. suppleto nomine „condimenta“ sunt res necessariae, imprimis herbae, quae in mortario tunduntur et ad cibum illum cui nomen moretum adhibentur.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

Incipit Apici Caeli sarcoptes.

LIB. II.

37. Isicia fiunt marina de camnaris et astacis, de lolligine, de sepia, de locusta. isicium condies pipere, ligistico, cimino, lasaris radice.

38. Isicia de lolligine: sublatis crinibus in fulmento tundes, sicuti assolet, pulpa et in mortario et in liquamine diligenter friatur et exinde isicia plassantur.

comparentur intrita, intrimenta, protrimenta (Apul. met. 8, 31. 11, 16. Phaedr. 1, 26, 7.), intinctus, embammata. — libusticum βϑκ et 147. β. et Galen. T. 6. p. 282. Kuhn. Veget. 5, 51, 2. unus cod. Macri Flor. 882. λιβυστικοῦ ῥίζα καὶ σπέρμα medic. ap. Ideler. Corp. medic. 2. p. 265, 21. coll. 1. p. 409, 21. Aretae. curat. diut. 1, 4. ligusicium, ligustinum, liguritium in libris Isidori 17, 10, 5. — In extremo libro plurimi codd. addunt explicit Apici (epimeles) sicque in reliquis.

ad 37. Ap. C. artoptus ed. pr. — esicia constanter fere nostri, nonnunquam per aphaeresin scribunt sicia, rarius in hysitia transformant, quod alii aliorum scriptorum faciunt, Anthol. lat. 550—552. 1087, 4. Varr. L. L. 5, 22 §. 110. Macrob. sat. 7, 8, 1. cum Ian. pro nostra ratione praeter etymologiam Graecorum est ἰσικον, ut Alexandri Aphr. probl. 1, 22. seu ἰσίκιον, ut Taxami ap. Athen. 9, 19. poetae in Anthol. Palat. 11, 212.

ad 38. criminibus plurimi. — pulmento ed. pr. H. fulmentum, quae vox lexicis ignota ap. Ammian. Marc. 23, 4, 5. Phoc. Gramm. Vit. Virgil. 27. in Anthol. Lat. 288. vel est quaedam tabula seu tabella, hackbret, schneidbret, et discus ἐπίκοπον (ξύλον ἐφ' οὗ κρέα κόπτουσιν Etymol. Mag. p. 328, 22. Hemsterh. ad Lucian. D. M. 10.) vel mensa quaedam culinaria pedibus fulta, vel caudex pedibus fultus. ἔρεισμα Gloss. Gr. — pulpa ex par. ed. pr. H. pulma in reliquis. quae vox si vera. derivanda a πιλεῖν, scribenda „pilma" et interpretanda est pümpel, stoessel, sic πιλεῖν

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

39. Isicia de squillis vel dé cammaris amplis: cammari vel squillae de testa sua eximuntur et in mortario teruntur cum pipere et liquamine optimo. pulpa isicia plassantur.

40. Omentata ita fiunt: assas iocur porcinum et eum enervas. ante tamen teras piper, rutam, liquamen et sic supermittis iocur et teres et misces, sicut pulpa omento ita et singula involvuntur folia lauri. et ad fumum suspenduntur quamdiu voles. cum manducare volueris, tolles de fumo et denuo assas.

41. Et sicium: adicies in mortarium piper,

πουλύ.. ουν in Zenob. prov. 3, 24. — malim et cum ut 39. — frigatur in plurimis.

ad 39. iscillis codd. scillis ed. pr. squilla scilla scylla variant ap. Plin. 32, 151. 9, 142. Mart. 13, 83. — pulpae ed. pr. cum codd.

ad 40. iocur, iocineris, pro iecur ubique scripsi cum Silligio, Halmio emend. Valer. p. 4. al. — ex codd. omentata feci omento ita. cf. 43. 264. 292. — involvantur ζπ. involutantur δϑκ. ed. pr. H. — defumum β. i. e. defumeum, fumidum. placet. — sicium β. quod esset „isicium" cf. 175. 391. 406. 166. sucum γδ. succum ζϑκ. siccum π. ed. pr. Hum. qui edidit et siccum adiicies in mortarium piper. ut „siccum mortarium" habes 388. quis non deliret! inveni et assas et sucum adicies. Adicies in mort. cet. ut 43. „subassabis cum garoeno", et „assas ex sucu". Adicies cet. et „assas. Et sicium: adicies", ut suppleretur „ita facies", et post „concides" mente repetenda essent quae supra docta sunt, eam rem coctam et isicii more concisam omentandam i. e. omento incutiendam esse isiciumque ita natum fumo durandum et cum lubeat assandum. Quo dato ab altero „adicies" ius docetur quod in boletari super assatum isicium omento inclusum anteaque ad fumum suspensum fundatur, ut 383. porcellus conditura in boletari perfunditur.

ad 41. astulas γφ. pastulas π. assulas β. ed. pr. H. cf. Voss. de vit. serm. lat. p. 360. Sillig ad Plin. 16, 54. 57. — habeant corr. pro habeat. — ut ex β.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

ligisticum, origanum, fricabis, suffundes liquamen, adicies cerebella cocta — teres diligenter, ne astulas habeant — adicies ova quinque. et dissolves diligenter, ut unum corpus efficias, liquamine temperas et in patella aenea exinanies, coques. cum coctum fuerit, versas in tabulam mundam, tessalas concides. Adicies in mortarium piper, ligisticum, origanum, fricabis in se, conmisces. in caccabum. facies ut ferveat. cum fervuerit, tractum confringes, obligas. coagitabis et exinanies in boletari. piper aspargis et appones.

42. Isicia ex sfondilis: elixatos sfondilos conteres et nervos eorum eximes, deinde cum eis alicam elixatam, ova conteres, pipere. in omento. assabis oenogaro perfundes. et pro isiciis inferes.

ed. pr. H. pro et. — in tabula munda vel nuda codd. cf. 135. ad „nuda“ vel „munda“ forte supplendum „manu“ ex Pallad. 11. 17, 2. tessallas ζ. tessellas β. ed. pr. H. „tessella“ et „tessala“ variant et in Plin. 17, 120. — in caccabum mittes, inicies. — obligas eo tracto, e tracta 174. cf. 171 — 177. tres orbiculos tractae siccas et confringis 188. coll. 375. 251. — voletari, volitari codd. volutari ed. pr. eadem varietas 53. 191. 196. 383. — appones esicia et sfondilos flor. (ϑ× om. et sf. et in ζ et sphondilos al. fondiolos).

ad 42. sphondylus σφόνδυλος, spondylus σπόνδυλος, sfondilus recentiore more, sphondulus marinus in Edict. Dioclet. 5, 10. cf. ad 444. sic asparagus ἀσπάραγος et aspharagus ἀσφ. sic sfalangus, fal. spal. ap. Aethic. Istr. 91. sfungia, fung. spongia ib. 112. σπόγγος et σφ. cf. 26. Lob. ad Phryn. p. 43. — conteres π. H. 112. pro contere. — alicam misces. — et pipere momento βγ. cum nucleis et pipere 112. supple „intus posito“ ex 43. vel „misso“ ex 54. — in omento involuta 113. vel „involves“ ex 264. — profundes codd. perf. ed. pr. illud mendum et 60. 376. cf. 140. 194. al. — pro isiciis, vel esiciis, vel siciis inferes et 112. quid sibi velit coquus difficile est dictu, utrum

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

43. Isicia omentata: pulpam concisam teres, cum medula siligine, in vineo infusu piper, liquamen, si velis et bacam mirtae extemperatam simul conteres. pusilla isicia formabis intus nucleis et pipere positis, involuta omento subassabis, cum garoeno.

44. Isicia plena: accipies adipes fasiani recentes, praeduras et facis ex eo tessalas, cum pi-

dicat „haec isicia loco illorum de quibus supra inferri possunt", an „loco sicii" seu „impensae", als farce, ron definiam. Forte „et pro iis siciis inferes isicia omentata: conieci olim „pro incisis infares", ut esset „pro incisis ovis, quibus saepius obligatur, etiam farre obligare potes", in quam rem alibi amulum et tractum adhibetur. cf. 94. 95. 257. equidem contenderim pro otioso „inferes" saepius „infares" i. e. „farre obliges" legendum esse. neque ineptum videtur si scribas „pro siccis infares", cf. res quas in siccis recensent Excerpta Apici in nostra epist. dedicatoria. Ceterum eandem fere compositionem librarius quidam transposuit ad olera 112. similitudine nominis eiusdem deceptus.

ad 43. medullam et 91. variant libri Plin. 32, 62. mediam brevem esse vides ex Auson. epist. 4. in. et 9, 18. significatur gallicum triticum. de eo Galliae populo cf. Forbiger Geogr. III. p. 163. — vineo corr. pro vino et infusu pro infusi et 51. et mirtae pro mirta ex 273. 281. 286. 332. mirti 24. i. e. myrti. et temperatam γ. flor. extenteratam β. myrteam extemp. π. mixtam et temp. ed. pr. exenteratam invenit Hum. quam explicat decorticatam, a cortice purgatam. ad nostrum particip. mente supple „vino" et intellige myrtidanum Plinii 14, 104. murtatum Varron. L. L. 5, 22. p. m. 114. Plinii 15, 118. ex silvestris myrti bacis confectum. hod. mortadella in Italia. — pipere piperis granis 54. — garoeno i. q. oenogaro corr. pro caremo vel caroeno. supple „inferes".

ad 44. praeduras indura, obdura, paulum frige, nostrum anbraten. — tesselas β. ed. pr. H. — caroeno misces. — in isicio includes vel est „ea massa intestinum tenuatum farcies", quod genus farci-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

pere, liquamine, caroeno. in isicio includes, ex hidrogaro coques et inferes.

45. Hidrogarata isicia sic facies: teres piper, ligisticum, piretrum minimum, suffundes liquamen, aquam cisterninam dum conducet, exinanies in caccabo et cum isicio ad vaporem ignis pones et caleat et sic surbendum inferes.

46. In isicia de pullo: olei floris lib. I. liquaminis quartarium, piperis semunciam.

47. Aliter de pullo: piperis grana XXXI. conteres, mittis liquaminis optimi calicem, caroeni

minis hira et hilla vocatur a praecipuo intestinorum cui nomen hira, νῆστις (Orell. ad Arnob. 2, 42. p. 66. 67.) vel „impensa circumdabis, perfundes". — idrogaro in septem codd. pro hydrogaro. — ex hid. corr. pro et hid. cf. 68. sic ἐφθὰ ἐκ ζωμοῦ, ἥψημένος ἐξ ὕδατος. infares corr. pro inferes 42.

ad 45. pyrethrum ed. pr. H. ad 181. — conducet satis erit, competit corr. pro inducet. induces ed. pr. raducet π. sic in est con 256 inferes aliquoties conf. — isicia codd. tum is. ed. pr. H. non male. — aqua cisternina, e qua ap. Marcell. 27. fol. 125. b. ed. Ald. palmae coquuntur, est aqua coelestis vetus vasis inclusa, in sole posita, eliquata, melle immixto ad passum praeparata, ὑδρόμελι, mulsa, comparanda cum liquore cui medio aevo nomen medus, medo., meda. cf. Plin. 14, 113. Col. 12, 39. inprimis 12, 12. cum Schneid. — surbendum pro sorb. scripsi quia §. 50. libri offerunt „survendum, subruendum" et prima forma verbi sorbere vel sorbĕre fuisse videtur subruere, surpere, unde hispan. chupar, gall. super, schlurfen.

ad 46. In sex codd. inferes in esicia. To pullo (sive pulo) ole. in par. esicia de pullo. in esicia to pullo. de oleo. in ed. pr. in isicia de pullo Iolae. ex suo cod. olei iam corr. Hum. ego olim in isiciato pullo correxeram. compositio non integra videtur et in multis, neque minus 47. 48. corrupta. — semuncia et semiuncia codd. 35.

ad 47. al. ex pusillo pip. ϑ* qui 49 „pusillis"

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

dum locum habent de fasianis, item tertium lotantundem, aquae VI. mitis et ad vaporem ignis pones.

48. Isicium simplex: ad unum liquaminis acetabulum aquae septem mittes, modicum api viridis, triti piperis cocleare. isiciola concoques. et si ad ventrem solvendum dabis, hidrogaro feces conditi addes.

49. Isicia de pavo primum locum habent ita si fricta fiunt, ut callum vincant. item secun-

item pro „pullis“ habent. — aquae XI. codd. qui numerus item confusus 151. 384. Orell. Inscript. 245. — mitis i. e. mitigas melle, defricto, non semel corr. pro mittis. — codices iungunt pones isicium.

ad 48. coclear, cocleare, cochlearium codd. et 105. 145. cochlearis mensura, Plin. 21, 172. — concoques cum eo iure coques corr. pro incoques. id con olim scribebatur cn, unde vitium, sic passim „inferes“ est „conferes“. — si pro sic corr. Lister. — peces γζ ed. pr. (sic male „pecula“ ap. Plin. Val. 2, 45. fol. 189. a. et 3, 19. fol. 194. b. ed. Ald. picula ap. Veget. 3, 46. 1, 11, 7. 5, 69, 5. et alibi) facies cod. hum. (volebat faeces, quae scribendi ratio praestat, Hildebr. ad Apul. 1. p. 40.) quam vocem non intellegens Hum. offert sales conditos quales §. 29. habemus. medicum praeter medicum Cels. 2, 33. „pulvis ex fece vini“. 4, 22. „fex arida“ et 5, 18, 14. et Galen. compos. sec. loca 1, 8. docere potuerunt Plin. T. I. p. 62, 1. „faex sapae“. Pallad. 2, 14, 5. „faeces vini dulcis“, Colum. 12, 30, 2. „faex vini boni“, aliorum fecula seu fecla“ (restit. Veget. 3, 49, 2. pro sleta, Pelagonio p. 54. 66. 86, pro feda), unde recentiores Graeci φέκλη fecerunt, ut Trallianus qui exponit τρυγίαν οἴνου κεκαυμένην, siccatam et crematam Plin. 14, 131. 23, 63. Paulus Aegineta σφέκλη. est officinae tartarum ustum et calcinatum, gebrannter weinstein, weinsteinsalz.

ad 49. fiant ed. pr. fuerit βπ. fuerint Hum. sed „fricta“ ablativus est substantivi quale est pasta 326. repulsa, deprehensa, remissa, ulta ap. Ovid. pro ultione, exposita in Codice Theodos.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

cum habent de cuniclis, quartum locum habent de pullis, item quintum locum habent de porcello tenero.

50. Isicia multa ab alieno sic facies: teres piper, ligisticum, origanum, modicum silfi, gingiber minimum, mellis modicum. liquamine temperabis, misces, adicies super isicia. facies ut ferveat. cum bene bullierit, amolo obligas spisso et surbendum inferes.

51. Amolum aliter: piper teres pridie infusu, cui subinde liquamen suffundes ita ut bene tritum ac lutulentum facias piperatum. cui defrictum admiscis quod fit de cotoniis, quod Romani colorem

pro expositione, accessa ap. Solin. 23. fin. missa, ascensa domini ecclesiae catholicae. — fasianis it. t. l. h. de cum ed. pr. omittunt γδ. — cuniculis vulgo. cinuculis δϑκ. cenaculis ζ. cinulis γ. id animal et Graecis dicebatur κόνικλος, κοΐνικλος, κουνίκουλος. cf. Plin. 8, 217. Iacobs ad Aelian. 13, 15.

ad 50. ab alieno Hum. non concoxit et scripsit amulata. si corrigendum esset, scriberem ab aheno i. e. vom kessel weg, kesselwarme. eaedem voces confusae 420. — bullierit vel bulluerit ut in par. latet in ed. pr. et γδϑκ voluerit, cod. β boluerit, et ζ bollierit. cf. 153. 179. 239. 248. 334. 365. — amolum (a mola), amylum et amulum (a μύλη) ut in aliorum libris sic in nostris variat. — surbendum 45. inferes ex 45. pro feres.

ad 51. infusu ex β pro infusi 43. — lutulentum ex cod. hum. pro lucul. non vero est „spissum et crassum", sed luteum, luteolum, lutulum, lutosum ap. Stat. silv. 4, 9, 39. colorem habens luti i. e. resedae luteolae L. sic a similitudine coloris auri hispani aliud ius dicitur callicum 275. 416. 446. simpliciter colorium 115. — alterum cui est i. q. scilicet ei. cf. 3. 64. — cotoneorum defrutum hodie in Italia cotognato vocatur, olim graece κυδωνόμελι Diosc. 5, 29. et sapa. sapam meliorem faciunt cydonia simul cocta, Pallad. 11, 18, 2. saepius cydonites, de quo idem 11, 20. ea mala vel eorum species ab Ap. vocantur cotonia ut a Catone 7, 3 (Macrob. sat. 7, 6,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

vocant, ac deinceps amolum infusum adicies vel orizae sucum. et lento igni fervere facias amolatum.

52. Aliter: ossucla depolis. exbromas, deinde mittis in caccabum porros, anetum, salem. cum cocta fuerint, adicies piper, api semen, deinde ori-

13. cum Ian. ad 3, 19, 2.), Varr. 1, 59, 1. Plin. 15, 60. 21, 162. cottana 13, 51. et T. 1. p. 40, lin. 6. Martial. 7, 53, 7. 13, 28. coctana a Stat. silv. 4, 9. 28. sicque variant libri Cat. 133. Iuvenal. 3, 83. ut nostri: coctomiis $\beta\gamma\delta$. cotoniis π. cotoneis ed. pr. cotomiis $\vartheta\varkappa$. coctoniis ζ. cf lattuca in Edict. Dioclet. 6, 7. Vectidius Vettidius, Actius Attius et interpp. ad Pers. 1, 50. 4, 25. — caunarum corr. pro camarum, cammarum, caminarum et Hum. caricarum. ficus cauneae. ἰσχάδες Καυνίαι a Cauno Cariae urbe nomen ducentes (Forbig. Geogr. II. p. 223. 224) erant nigrae, siccatae indeque rugosae et vel integrae pressae vel duplices (Edict. Diocl. 6, 85. 88.), „exiguae, quas Aquitani et Provinciales vocant melecas", Scaliger. ad Cels. 5, 21, 1. vinum inde confectum decoctione in defruti substantiam redactum vocabatur sycites (Plin. 14, 102. Diosc. 5, 41.). de illis cf. interpp. ad Macrob. II. p. 354. 355. — admiscis ut „miscis" saepe in nostris pro „misces" et „misces" pro „miscebis". sic et alibi tertiae sunt coniugationis torrere, fervere, sorbere, dulcere, stridere, fulgere. carpere contra 151. abstergere, abstergebo ap. ipsum Cicer. ad Quint. Fr. 2, 10. cf. Senec. N. Q. 2, 56. Ochsner ad Chrestom. Cic. p. 16. 489. interpp. ad Lucret. 3, 22. 5, 1093. Lachm. ad 5, 768. Hildebr. ad Apul. 1. p. 101. — ac. acce codd. accipe ed. pr.

ad 52: Vulgata est ossicula de pullis expromas quae diceret „pulpam pullorum carptorum mitte in caccabum cum porris" cet. debemus eam librario qui vocabulorum artis ignarus erat. osuccla s. ossicula sunt Nostri §. 1. dactylorum ossa (et Pallad. 11, 12, 1. Marcell. Emp. 15. fol. 106. b. palmularum ap. Sueton. Claud. 8. coll. Plin. 23, 98.) a quibusque ius tangit 378. 379. coll. 253. nuclei ossei coci nuciferae Lin. qui plane maturi et aetate provectiores oleum nimium sapiebant atque ad saporem rancidum delendum infundendi, praeterea excorticandi et fere

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

diam infusam, teres, addes liquamen et passum vel defrictum. omnia misces et cum isiciis inferes.

53. Apoderinum sic facies: alica elixa, nucleis et amigdalis depellatis et in aqua infusis et lotis ex creta argentaria, ut ad candorem pariter

praeparandi erant ut nuclei et amygdala §. 53. cf. Bergius Ueber d. leckerei. 1. p. 52—55. de pullis codicum vel est depullis verbi adhuc incogniti depullire seu depullare, pullo colore demto ad candorem perducere, ἀποπελιαίνειν, ἀποπελιοῦν, vel depallis i. e. pallium, pellem detrahis, cuius verbi loco Apicius 53. et 229 „depellare", Lex Salica „excorticare", Palladius 2, 15, 12. „decorticare" usus est, vel quod simplicissimum depolis. quantopere medium aevum sequente inprimis litera l amaverit u pro o, exemplo sint epistula, culiclus, adulescens, al. cf. nota mea ad Gargil. cur. boum §. 17. exbromas optimus codicum β servavit, reliqui 216. cod. salmas. 270. est i. q. molesto odore depuras, fac virus (βρόμον seu βρῶμον) exspuant et amittant. — adicies scil. in mortarium, corr. pro addes, ut mos apicianus servaretur 41. 67. 151. 238. 267. 369. 381. 185. 186. 117. 126. 403. — fuerit in quinque, ut 131. oridiam sex codd. (orizam π.) et oryzam eundem fructum habeo. Hum. ex ed. mediol. orindiam (in ed. pr. „oridiam") fecit orindam, in cod. salmas. 153. 155. „orizia" et „oridia", ut 392. „oxozomum" et „exodiomum", sic „diabernas" pro „zabernas" in Edicto Diocl. 11, 2. sic gargaridiare ap. Varr. Nonii in v. zabolus et diabolus, diaeta et zaeta, Diavas et Zabas ap. Vales. ad Ammian. 23, 6, 20, sic σχίζα Vitruvio 2, 1, 4. 7, 10, 3. schidia dicitur. sic ζα et δια, Ahrens Dial. Dor. §. 7. 1. Rost Lex. 1 p. 1302. insuper d et z variant. ad Capitol. Anton. Pium 9. sebadia ap. Arnob. 5, 21. Ian. ad Macrob. sat. 1. 18, 11. et zeta a Latinis in delta mutatur: λαζοὶ ladi, βάζω vado, ὄζω odo et postea olio. οἰνίζων unedon, secundum Salmas. in Solin. p. 362. b. — pro inferes forte conferes. —

ad 53. apotermum et apothermum codd. quod esset ἀπόθερμον. jam. Hum. corr. apodermum ἀπόδερμον, ut esset „isicium excoriatum, sic dictum quod ex nucibus depilatis et excorticatis conficiatur, praesertim pineis et amygdalis". ego

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

perducantur, ciminum, ammi ammiscebis, uvam passam, caroenum vel passum, desuper confractum aspargis et in boletari inferes.

54. Vulvulae isiciata sic fiunt: piper tritum et ciminum, capita porrorum brevia duo ad molle purgata, ruta, liquamen, admiscentur pulpae bene

scripsi. apoderinum i. e. ex ἀποδέρω, depellato factum. qualia adiectiva sunt ξύλινος, σκύτινος, λίθινος al. praeterea m librorum saepe in est ut 60. (Salmas. in Sol. p. 81. 118. a. sic cod. salmas. in Excerpt. gentima mihi setinia est). — depellatis pro depilatis ex sex codd. §. 229. i. q. decorticatis, Pallad. 2, 15, 12. ubi „amigdala decorticata aqua marina aut salsa lavantur ut candida fiant", purgatis 283. ad 52. — pro cum iam iam, misc. (alterum iam γζϑκ ed. pr. omittunt) olim volui cominum quod passim scribitur „cuminum" et „cuminium" scil. oleum, et ut vox minus nota facile pessumdatur. ad „ammi" cf. 29. Diosc. 3, 63. Plin. 20, 163. Dierbach Flor. Apic. §. 77. — confractum ut 320. interpretor panem recoctum, δίπυρον Athen. 3, 74. ad 278 converto gereibsel, broesel, brisées cum Gallis, κόπτῳ cum Graecis. et „tractum" passim scribitur „fractum". — volitari et volutari codd. alibi voletari. b et v in nostris semper fere permiscentur ut 54. „vulvulae" et „bulbulae". cf. me ad 181. et ad Gargil. cur. boum 3. Ceterum id sicium ex medulla nucum iuglandium putatarum inprimis constans appellatur terentinum 172. coll. 372. 339. 133. amygdalae sunt fructus iidem qui alibi nuces graecae dicuntur (Schneid. ad Col. 5, 10, 12) et nux terentina tam molle putamen habebat ut vix attrectatum frangeretur (Macrob. sat. 3, 18, 13. cum Ian.), unde γυμνὰ κάρυα Geopon. 10, 66. et mala punica ἀπύρηνα 10, 31. a minus lignoso nucleo.

ad 54. isiciata si vera lectio, substantivum novum est qualia illa ad 49. forte isiciatae impensa isicii repletae, quod participium saepius mihi latet in librorum „esiccatus, exiccatus". — ex ed. pr. ad mole malis avibus a mole, quod esset „ab integro porro" expiscatus est Hum. cf. Colum, 12, 9, 1. „caules lactucae ab imo depurgatos eatenus, qua tenera folia videbuntur". nucleos corr. Hum. ap. Plin. 15, 116. nuclei granum item est pinienkern, ni placet, scribe

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tunsae et fricatae, denuo ipso subtrito ita ut connisceri possit, mittas piperis grana et nuclei et calcabis in matrice bene lota. et sic coquuntur ex aequa oleo, liquamine, fasciculo porrorum et aneto.

55. Botellum sic facies: sex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis cepam, porrum concisum, tus, crudum misces, piper minutum. et sic intestinum farcies. adicies liquamen et vinum et sic coques.

56. Lucanicas similiter, ut supra scriptum est [lucanicarum confectio]. teritur piper, ciminum,

nucleis scil. adorna 134. — matrice Lister corr. pro materia. forte materna scil. vulva ex Martial. 13, 56. mortario b. loto Hum. — et aqua oleo codd. et aqua et oleo ζ ed. pr. ut 87. 118. 254. sed hic ἐδρεδαίῳ locum non dem. meum ex aequa vel acquo, restitutum item 68. 309. 63. 194. 269. est in aequam, ad aequam, decenter, iuste, recte, quod satis sit 374. ad iustum 67. iuste coctus 133. ex iure 133. 181. 221. 252. 187, omnia cum aeqno modo conteris, Pelagon. 25. fin.

ad 55. sex corr. pro ex. — aliquot librorum passim recurrens ut 473. „vitellum“ pro „ovi vitellum“ artis culinariae bona vox videtur. — tus et thus codd. (ad Virg. T. V. p. 476. Iahn. ad Pers. 1, 43). quod thuris in opsoniis nullus sit usus, Hum. corr. ius crudum. neque vero illa resina intellegenda, sed libanotis Plinii 20, 172, ros marinum cuius foliis odoraturis 24, 99. cuiusque usus post annum stomacho saluberrimus 19, 187. pastillis 20, 233. collat. Mart. 4, 46, 7. „rosmarinum mittes in pultes“ ap. Plin. Valer. 5, 27. — crudum est cruor (cf. 159), ἀπόσφαγμα et ὑπόσφαγμα. Galen. Gloss. Hippocr. p. 440, Athen. 7, 124. botellum sanguineum recentiores Graeci, ut Erotianus Gloss. Hipp. p. 206. αἱματείαν vocant. — farcies pro facies ex ed. pr. et 58.

ad 56. condimentum nullo adiecto, ut 224. 267. 272. 275. 345. 350. 351. est petroselinum macedonicum Dioscor. 3, 70. Galen. T. 6. p. 282. Kuhn. Marc. Empir. 26. fin. Plin. Val. 2, 8 (2, 15. male scriptum „autonicum“), Pelagon. 6 p. 36. Veget. 3, 68, 2. 5, 67, 2. Isidor. 17, 11, 2. St. Gregor. in Ideleri Corp. medic. T. 1. p. 298. interpp. ad Geopon. 12, 1, 2. Sprengel ad Diosc. l. l. bubon ma-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

satureia, ruta, petrosilinum, condimentum, bacae lauri, liquamen et admiscetur pulpa bene tunsa, ita ut denuo bene cum ipso subtrito fricetur cum liquamine. admixto pipere integro et abundanti pinguedine et nucleis inicies in intestinum perquam tenuatum [perductum] et sic ad fumum suspenditur.

57. Farcimina: ova et cerebella teres, nucleos pineos, piper, liquamen, lasar modicum et his intestinum implebis. elixas, postea assas et inferes.

58. Aliter: coctam alicam et tritam cum pulpa concisa et trita una cum pipere et liquamine et nucleis. farcies intestinum et elixabis, deinde comino, sale assabis et cum sinapi inferes, vel sic concisum in disco.

59. Aliter: alicam purgas et cum liquamine intestini et albamine porri concisi minutatim simul

cedonicus L. macedonischer steineppig. Sic eruca hodiernis Graecis ἀρώματος dicitur sicque pimentum hodie vocamus genus herbae condimentariae, licet omne genus herbarum et seminum condimentariorum designet. Lexica tacent. — petroselinum marginis videtur ut 224. 345. 351. — inicies ex β. pro icies, micies, miscies, nuceis reliquorum, farcies int. ed. pr. H. — ‚tenuatum ex flor. pro tenuatim. tenuissimum intestinum fartum ap. Varr. L. L. 5, 2?. p. 115. Sp. tenuius (ieiuno) int. in sinus vehementer inplicitum, Cels. 4, 1. perductum nisi glossa est significat isicium, cui in Glossariis nomen inductilis, unde gallic. andouille natum, quod nostri verterunt schuebling. cf. Diez. Lex. d. roman. sprach. p. 553. — in fumum π. ad fureum γδ. furcum ζ. furenum ϑκ. cf. 289. 401.

ad 57. nucleis misces 55.

ad 58. comino scripsi pro cum, ad 53. sale et oleo assatur 111. istud sale fortasse corruptum pro sat seu satis est ex 374. an cum sale est „cum acumine, cum ratione?“ sic elixum tantum 59.

ad 59. liquamen intestini gekroesefett, ut adipis liquamen ap. Colum. 6, 2, 7, post „intestini“ forte

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

elixas. elixa tolles, pinguedinem concides et copadia pulpae, in se omnia conmisces. teres piper, ligisticum, ova tria, haec omnia in mortario permisces cum nucleis et pipere integro, liquamen suffundes. intestinam inples, elixam et subassas, vel elixam tantum appones.

60. Aliter circellos isiciatos: reples intestinum inpensa isicii et circellum facies rotundum.

excidit „tinni", ut intellegatur thynnea muria, una voce tina, thynni sal Martialis 10, 48, 12. cf. Plin. 9, 48. — abumine porro β. amine porri π. abamine porro γ ed. pr. sicque volunt libri flor. melior forma albumen ap. Veget. art. vet. 3, 57, 1. in aliquot libris Plin. 28, 66. cf. 65. albamen de porris 172. albamentum 196. Pelagon. 30. in. explico medullam quae intus alba est, niveum stipitem Martial. 13, 19. — elixa, elixas, elixatos, elixato codd. — pinguedinem adipes 44. — copadia ex cod. hum. pro reliquorum conpadia, compendia, compandia. cf. 120. 280. 359. 370. copadium κοπάδιον quod κόπαιον, κόπεον, κοπὰς, κόπις, κόμμα, praecisum Nonii p. 103. a. carnis frustum dissectum idque delicatius et lautius, suis lingua cum epiglottide, gutturis summa pars, glandulae linguae et faucibus adhaerentes, al. ut κόπις culter coqui curvatus et gladius venatorius derivatur a verbo κόπτειν. cf. Dufresnii Gloss. in copadium. — elixam in sex codd. pro elixas quare intestinam scripsi pro intestina vel intestinum est scilicet etiam intestina, cf. 371. suppleta voce „hira" vel „hilla" quae habetur praecipuum intestinorum omnium, Macrob. in somn. Scip. 1. 6, 77. cf. ad 44.

ad 60. Circelli habentur farcimina in circuli formam et rotunditatem efficta, knackwuerste. infra 369. intestina impensa seu isicio repleta in gyro componuntur, a qua coronae instar circumponendi modo nomen non habent. sed a circulis seu orbibus item vocantur spirae, opera pistoria, placentae ap. Cat. 77. στρεπτοὶ ap. Demosthen. orat. 18. p. 260. Polluc. 6, 77. Athen. 4, 5. Bekker. Anecd. gr. p. 302. Fest. p. 330. — Editio pr. manca est. e cod. suo eam supplevit Hum. quocum faciunt nostri. — impensam codd. — minia-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

fumas. cum miniaverit, subassas, exornas, oenogaro faccinio perfundes, sed ciminum addes.

Incipit Apici Caeli cepuros [de holeribus].

LIB. III.

61. Ut omne holus smaragdinum fiat: omne holus smaragdinum fiet, si cum nitro coquatur.

62. Pulmentarium ad ventrem: betas mi-

verit ex β. pro reliquorum mimaverit, immaverit, unimaverit. de vi verbi reflexiva 25. fumaveris Hum. -- faecinio vel faecino feci ex inepto fasiani. opponitur simplici, factum enim ex faeculento densoque liquore pisciculorum et dictum est allec, faecosum garum Martial. 13, 102. faecula Lucret. 2, 430. cf. Plin. 31, 95. — profundes flor. et ed. pr. H. ad 42. — sed cuminum ates $\beta\gamma$. s. cum inumaces π. s. cum unimates $\delta\xi$. s. cum inumates $\vartheta\varkappa$. editio pr. manca sic finit „elixas et subassas et exornas, oenogaro fasiani profundes. Viriter assans. Explicit liber secundus Apicii Artoptus". Quae menda quis tollet? „cuminum addes" vera manus non est. tentavi „setiniatum" et „cuminatum" et „suminatum" ex Arnob. 2, 42. et „cominum" scil. oleum ex Plin. 15, 13 (ubi oliva in aliquot libris cuminia dicitur) 15, 20. — ex „viriter assans" efficias „viriliter agitans", assidue ne uratur 251.

ad 61. Is liber inscribitur $\varkappa\eta\pi\sigma\upsilon\varrho\grave{o}\varsigma$ hortulanus, olitor, quod in eo de oleribus quae in cibum assumuntur et de eorum pulmentariis et condimentis agitur et ipsa conficere docetur, $\pi\varepsilon\varrho\grave{\iota}$ $\varkappa\eta\pi\sigma\upsilon\varrho\iota\varkappa\tilde{\omega}\nu$ $\lambda\alpha\chi\acute{\alpha}\nu\omega\nu$, $\pi\varepsilon\varrho\grave{\iota}$ $\acute{\eta}\delta\upsilon\sigma\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$ $\varkappa\eta\pi\alpha\acute{\iota}\omega\nu$, $\pi\varepsilon\varrho\grave{\iota}$ $\varphi\upsilon\lambda\lambda\acute{\alpha}\delta\omega\nu$, $\pi\varepsilon\varrho\grave{\iota}$ $\tau\tilde{\omega}\nu$ $\chi\lambda\omega\varrho\tilde{\omega}\nu$ $\acute{\upsilon}\pi\sigma\tau\varrho\iota\mu\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$ (Cas. ad Athen. 2, 73 in.). Sabini Tironis librum cepuricon laudat Plin. 19, 177. Caesennii ind. lib. XIX. T. 1 p. 51. Holus et olus in nostris. illud praetuli quod id h radicale est et graeco χ, gothico g respondet, $\chi\acute{o}\varrho\tau\eta\varsigma$ hortus garten, conl. $\chi\lambda\acute{o}\eta$, $\chi\lambda o\varepsilon\varrho\grave{o}\varsigma$, $\chi\lambda\omega\varrho\acute{o}\varsigma$. Salmas. in Sol. p 219. 230. Doederlein Red. u. Aufs. p. 366. 367. Mone Bad. Urgeschichte 1. p. 43.

ad 62. Apicius dicit: betas — in ius infra scriptum

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

nutas et porros requietos elixabis, in patena conpones. teres piper, ciminum, suffundes liquamen, passum, ut quaedam dulcedo sit. facias ut ferveat, cum fervuerit, inferes. similiter polipodium in tepidam mittes, ubi mollierit, rades et minutum cum pipere et cimino tritum in patenam ferventem mittes et uteris.

63. Aliter ad ventrem: faeces betaciorum facies detergi, ne laves, in eos in medium nigrum asparges et alligas, singulos fasces mittes, in aequam cum coxeris, condies patenam, cum eadem passum

mittes et coctas cum eo inferes. sic 73. cucurbitae in patina inferuntur. quales dicunt patinarias, iurulentas, Graeci ἐν τηγάνῳ, ἐν λοπάδι σκευαζομένας — patina et patena e varia pronuntiatione scribitur, et 63 72 ap. Colum. 12, 44, 3. cf. Phaedr. 26, 4. ubi vulpes in patena liquidam posuit sorbitionem. ut patera nomen habet a patentibus dispansisque labris et cf. πατάνη. — pro dulcedo in tribus codd. et ed. pr. ducenda. — in tep. mittes tepida aqua madefacies, Plin. 26, 58. e quo patet „minutum“ cum nomine „polypodium“ esse iungendum. — ciminum codd. — in patenam in ipsum ferculum s. cibum in patena coctum, pfannegericht. non minus saepe mensa ipso pro edulio est et τράπεζα. Ian. ad Macrob. sat. 7, 1, 1. Sciler ad Long. 3, 7.

ad 63. Tota compositio deest in ed. pr. addita iam ab Hum. cuius inventum facies betaceorum fasces, deterges, laves, in eorum medium nitrum asp. rideas. codicum „facies“ tenendum, sed eorum facies (facit π) mendum est pro faeces, vult enim „sordes absterge seu amputa, faeculentiam tolle, schlamm. betaciorum ex β. betat. in reliquis, sicque variant 64. scribi oportere puleiacius et pastinacius ap. Salmas. in Sol. p. 583. b. malvacius ap. Plin. 21, 19. Priscian. 3 fin. rapicius seu rapacius ap. Cat 35, 2. 134, 1. Plin. 18, 127 al. alii monuerunt. sunt radices et fibrae betae vulgaris in hortis cultae, rothe rübe. — ex eorum feci eos in, ut „in medium“ seu „in medio“ sit quod „interim“, indessen. ad nigrum (nitrum γπ Hum. cf. ad Gargil. cur. boum 23.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

vel caroenum et ciminum desuper asparges et oleum modicum. ubi fervuerit, polipodium et frustra nucum cum liquamine teres, ferventem in patenam fundes, coperies. statim depones et uteris.

64. Aliter betacios varrones. Varro: „betacios sed nigros [quorum detersas radices], ex mulso decoctos cum sale modico et oleo, vel sale qua et oleo in se cocto iusculum facere et potare“. melius etiam, si in eo pullus sit decoctus.

65. Aliter ad ventrem: apios virides cum suis radicibus lavabis et siccabis ad solem, deinde al-

p. 41.) supple „vinum“, cf. Martial. 8, 56, 14. „nigra falerna“. — abligas γ florr. volebant adligas vel obligas cf. 380. 381. manipulos colligare ap. Cat. 156, 2. infra 93. holisera in fasciculum rediguntur. fascem betarum habes ap. Pelagon. p. 94. fascem olim volui pro fasces. iam interpunctione sanavi. mittes ad ignem. — in aequam passim corr. pro in aquam, ad 54. — ciminum misces. — caroeni et cumini β. caroeni et cumini γ florr. areni et cuminum π. — desuper pro et super ex ϑx et 212. 216. oleum superinstillatur 167. dispargitur 135. quare abeat Hum. cum suo et piper asperges. — usitata forma frusta in ϑx, rarior frustra in reliquis, in omnibus 117. 135. in sex 134. 167. antequam correxerunt ap. Cael. Aurel. chron. 4, 3, Claudian. 20, 448. in uno cod. Macri Flor. 1462. sicque „frustratim“ in nostris 167. et in aliquot Apulei met. 2, 7. — coperies formam contractam librorum formae cooperies vel cohoperies et 369. 162. 448. praetuli. cf, Lachm. ad Lucret. 2, 1061. — ut uteris βϑxπ. ut utaris γδζ.

ad 64. Varronis γ. Hum. nesciens nomina propria pro appellativis quasi eaque pro adiectivis et epithetis, h. l. pro „varronianos“ adhiberi posse. — et m. decoctas codd. — qua ratione, lance. aqua γπ Hum. cf. 116. — cocta codd. malim coctos. — potari codd. — erit ed. pr. pro etiam, Hum. ed. vel sale aqua et oleo in se coques, iusculum facies et potabis: melius erit.

ad 65. albam et cap. codd. ad 59. capita ex

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

bamen [capita] porrorum simul elixabis in caccabo novo ita ut aqua ad tertias deferveat [id est ex tribus eminis aquae una remaneat]. postea teres piper, liquamen et aliquantum mellis umorem, temperabis et aquam apiorum decoctorum colabis in mortario et superfundes apio. cum semel fervuerit, abpones. et si libitum fuerit, apios adicies.

66. Asparagos. asparagos cucabis, rursum in calidam summittes, callosiores reddes.

margine est ut paulo ante „quorum detersas radices“ et mox „id est — remaneat“ — umore codd. „mellis umor“ erit Scribonii 37. mel liquidum. simili verborum ambitu humor musti ap. Virg. G. 1, 295. aquae ap. Ovid. am. 2, 6, 32. lactis, Censorin. 4, 9. mellis liquor ap. Lucret. 4, 13, aquae ros ap. Apul. met. 1, 19. — semel et 85. corr. pro simul, quod non raro scribitur „semul“, unde vitium natum (Corte de usu orthograph. 3, 10. p. 146. 147.). cf. „iterum ac tertio“ 67. coll. 221. „ter bullire“ 425. „undas tres“ 364. δὶς ἀναζεῖν Diosc. 1, 63. eadem confusio ap. Macrobi Som. Scipion. 1, 18, 6. Senec. tranq. an. 1, 3. interpp. ad Horat. serm. 2, 8, 24. ep. 1, 7, 96. Iahn ad Pers. 1, 24. Hermann ad Iuvenal. 5, 142 p. XXIII. — appones codd. depones 67. — ad apiorum dec. supple „et porrorum“ et „porro“ ad „apio“, simul enim elixantur. —

ad 66. pro insano siccabis inveni siciabis, isiciabis, sicio condies et coques, vel aeque novum verbum cucabis seu cicabis sucu (cf. 382) seu lacte nucis indicae, cui nomen κοῦκι, quae commendabilem sucum ex austero dulcem praebet, Plin. 13, 62. Kolb Bromatolog. 2 p. 382—385. supra 10. primum in lacte, postea in aqua coquitur. de coquendi ratione in aqua calida 121. — sursum βδϑκ — favesiores. ϑκ. — codicum optimus β sic: summitas callosiores reddes cucurbitas gustum decucurbatas cucurbitas coctas sicque fere omnes: summittes call. reddes cuc. g. cucurbitas coctas, unus π: submittas call. redas cuc. gustum de cucurbitis cucurbitas coctas. non mirum quod. Hum. post „summittes“ novam compositionem orsus scripsit Cucurbitae. Callosiores reddes cucur-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

67. Cucurbitas. ad iustum cucurbitas coctas expressas in patena conpones. adicies in mortarium piper et ciminum, silfi modice [id est lasaris radicem], rutam modicam, liquamine et aceto temperabis, mittes defrictum modicum ut coloretur. ius exinanies in patena. cum fervuerit iterum ac tertio, depones et piper minutum asparges.

68. Aliter cucurbitas iure colocasiorum: cucurbitas coques ex aequa in modum colocasiorum. teres piper, ciminum, rutam, suffundes acetum, liquamen, temperabis. in caccabum. cui adicies et eas cucurbitas incisas expressas. in ius mittes ut ferveant. amolo obligas, piper aspargis et inferes.

bitas ad gustum. „asparagos callosos reddere“ est quasi callo obducere, ut sint minus marcidi et flaccidi, caro eorum solida firmaque, non fluida. cf. χονδρὸς, χονδρώδης, knorpel, knorpeligt, knarpelig, knopperig.

ad 67. Disiunxi ut vides et ex edit. pr. et hum. ad gustum effeci ad iustum ut 120. „iustata“ ex „gustata“. quod mendum ex pronuntiatione ortum et intra vocem recurrit. cf. Salmas. in Sol. p. 43. a G. 137. a D. iuste coctus 133. ex iure 131. ad 54. — piper et c. pro piper cim. ex β pipere corr. ut arctius iungantur et sint πεπερόκυμινον Hierophili medici in Ideleri Corp. 1. p. 411, 29. — modicum γ H. modici ed. pr. — id est las. rad. omittit γ. — defruti ed. defricto π. de fre-

to β florr. de feretro γ. similis variatio 145. cf. 251. 369. defricto colorare 284, 287. 337. prope coctu ram vel media coctura mittitur 213. 216. 380. 381. 234. ad 19. — coletur γ florr. ed. pr. coleretur π. — iterum ad 65.

ad 68. colocesiorum cod. 179. 208. 218. 325. 356. variant. est olus niliacum et Romam perlatum: praeparatum ex longa et crassa radice cui gustus tuberorum, dulcedo avellanarum, unde in cibis lautissima, hodie culcas dicta. Salmas. Hyl. iatr. p. 198 b C. Schneid. ad Pallad. 3, 24, 14. — aequa corr. pro aqua. ad 54. — malim concisas 48. in ius codd. otiosum videtur, quod id iam in caccabo est. tentavi intus et in iustum. at in ius mittis recurrit 135.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

69. Cucurbitas more alexandrino: elixatas cucurbitas exprimes, sale asparges, in patena conpones. teres piper, ciminum, coriandri semen, mentam viridem, lasaris radicem, suffundes acetum, adicies cariotam, nucleum teres melle, acetum, liquamen,' defricto et oleum, temperabis et cucurbitas perfundes. cum fervuerint, piper aspargis et inferes.

70. Aliter cucurbitas: et elixatas ex liquamine, oleo, mero.

71. Aliter cucurbitas: frictas oenogaro simplici, et pipere.

72. Aliter cucurbitas: elixatas et frictas in patena conpones, ciminatum superfundes, modico oleo super adiecto fervere facias et inferes.

73. Aliter cucurbitas frictas: tritum piper, ligisticum, ciminum, origanum, cepam, vînum, liquamen et oleum. amolo obligabis, in patena et inferes.

74. Aliter cucurbitas cum gallina: duracina, tubera, piper, careum, ciminum, silfi, condimenta viridia mentam, apium, coriandrum, puleium, cariotam, mel, vinum, liquamen, oleum, acetum.

ad 69. liquamine codd. — defricto colorabis 67. prius acetum terendi gratia additur, vel posterius est acoetum ἄκοιτον, quod per se fluit, iungferhonig, Plin. 11, 38. (at cod. rescriptus quem edidit Mone noster habet „tacitum"). cf. 174. 179. 190. 191. saepius liquamen bis additur 128. vel „melle acetum" iungendum, nt sit oxymeli.

ad 73. tritas codd. olim explicabam „vulgatas, usitatas" et tentabam „astrictas" i. e. refrigeratas. „sales frictos tritos" 5. — in patena inf. ad 62.

ad 74. sic 77. cucumeres cum cerebellis elixantur, sic 246. pullus elixus cum cucurbitis elixis, 247, cum colocasiis elixis, sicque 93. holisera cum piscibus assis inferuntur. — condim. vir. 106. — caromentam β florr. careum mentam γ. careotam caromentum π. cf. 193. 282. erat mihi olim calamenta, quae herba magnae virtutis ap. Macr. Flor. 593. 607. scri-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

75. Citrium: sil montanum, silfi, mentam siccam, acetum, liquamen.

76. Cucumeres: cucumeres rasos sive ex liquamine sive ex oenogaro. sine ructu et gravitudine et teneriores senties.

77. Aliter cucumeres: rasos elixabis cum cerebellis elixis, cimino et melle, modico api semen, liquamine et oleo, ovis obligabis. piper aspargis et inferes.

78. Aliter cucumeres: piper, puleium, mel vel passum, liquamen et acetum, interdum et silfi accedit.

79. Pepones et melones: piper, puleium, mel vel passum, liquamen, acetum, interdum et silfi accedit.

80. Malvas: malvas minores de grano ex li-

bitur calamentum, calaminthum, calaminthe, bisamthymian?

ad 75. Lemma in β est citrinum. Hum. corr. citrini. cucumes citrini, citronengurken, non cucurbitae citrulli L. wassermelonen, hodie καρπούσια. cf. 21. 175. C. Gesner in marg. explicat. „citrullus“, quod nomen derivandum a citreo et in ital. citriulo, gurke, et in gallic. citrouille, kürbiss, ob similitudinem fructus abiit. medico ap. Ideler. II. p. 260, 13. 24. et p. 266, 12. dici videtur κίτρον cuius caro sine cortice et cortex per se commendatur. cf. Plin. 19, 71. 20, 12. — sil mont. erit planta de qua 35.

ad 76. et a vicinis absorptum addidi.

ad 77. modico seiunxi a „melle“, ut sit „post modicum“ Pelagon. 5. p. 27. „paulo post“. idem feci 162, 186. 194, 216. 301. 318. 398. 337. sic anetum adicitur media coctura 213. 216. ad id adiect. temporis cf. verno 103. matutino, hesterno (Klein ad Lambini Emendd. Tullian. p. 159.) — ovis corr. pro bis. —

ad 80. de grano restitui pro Hum. senogaro. supple „obligas“, vel „superfundis“ 86. in medulam mittis 91. est vero granum alica quaedam, spelzgrueze, comparandum cum τράγῳ graeco. cf. Plin. 18, 116. Cat.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

quamine et oleo, acetum. malvas maiores in eo grano, piper ex liquamine, caroeno vel passo.

81. Cimas et coliclos. cimas: ciminum, salem, vinum vetus, et oleum si voles [addes], piper, ligisticum, mentam, rutam, coriandrum [folia coliclorum], liquamen, vinum, oleum.

82. Aliter: coliclos elixatos mediabis, summam foliorum seres cum coriandro, cepa, cimino, pipere, passo vel caroeno et oleo modico.

83. Aliter: colicli assati in patena conpositi condiuntur liquamine, oleo, mero, cucino. super asparges porrum, ciminum, coriandrum viride super concides.

84. Aliter: colicli conditi ut supra cum elixis porris coquantur.

86. Geopon. 3, 8. Galen. fac. alim. 1, 20. p. 619. Salmas. Hyl. iatr. p. 71. b. et eo grano pro oenogara. — de meo et add. — piper liq. codd. praeter ϑ qui pip. et liq. et ed. pr. pipere liq. unde corr. ut esset piper cum liquamine tritum 96. 285. 314. piperatum 373. 384. poivrade. — passo temperas ut dulce fiat.

ad 81. et coliclos om. γ florr. ed. pr. de coliculis satis dixi in „salate u. gemuese“ p. 35. et ad 180. addes $\beta\pi$ addunt.

ad 82. media bis $\gamma\delta$ pro mediabis i. e. dimidiabis, biparties, in duas partes divides caules, Colum. 12, 7, 4. per medium divides, an ii q. dimidium coliculorum et foliorum accipies, ut explicandum mediana malvarum et betarum 133? coliculi cum foliis suis decoquuntur ap. Pelagon. 8. p. 43. summa foliorum (foliarum $\beta\vartheta\pi$. an folia eorum?) teres codd. quod ineptum vel est tores torres, ad 123. vel seres. cf. et 109. 190. — piper $\beta\gamma$. scil. addes.

ad 83. exati $\beta\pi$. elixati Hum. e cod. — compositi γ Hum. composita reliqui, quae nova vox esset compositura, compositio Colum. 12, 21, 6. compositum 12. 59, 3. mixtura, conditura. cf. 381. — cucino κουκίνῳ, sucu seu lacte illius arboris cui nomen κοῦκι, cuci 66. correxi pro cumino.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

85. Aliter: coliclos condies ut supra, admisces olivas virides et semel ferveant

86. Aliter coliclos: conditis ut supra superfundis alicam elixam cum nucleis et uva passa, super asparges porros.

87. Porros. porros maturos fieri pugnum salis, aquam et oleum mixtum facies et ibi coques et eximes. cum oleo, liquamine, mero et inferes.

88. Aliter: porros operias foliis coliclorum et in prunis coques, ut supra et inferes.

89. Aliter: porros in bafa coctos ut supra et inferes.

90. Aliter porros: si in aequam elixati erunt, bafae nondum conditae plurimum admisce conditurae in qua eos manducaturus es.

ad 85. conditis flor. ut 86. semel corr. pro simul 65.

ad 86. conditis dativus est. — uvam passam π Hum. ego ex seqq. porros huc traxi, ut porrum adspergit noster 83.

ad 87. ad „aquam et ol. mixt. fac.“ cf. 250. 268. 430. aqua calida oleo mixta ὑδρέλαιον est Cael. Aurel. acut. 1, 19. coll. Plutarch. T. 8. p. 634 R. al. cf. 54. 118. 123. 145. 254. Plin. 23, 83. „oleum cum pari caldae mixtura“ illam primam mixturam abici vides ex medico in Ideleri Corp. Medic. II. p. 263, 12. — et mero codd.

ad 88. operias i. e. coperias feci ex cod. par. apercas et reliquorum apertos. Hum. ed. opertos.

ad 89. deest. in γ. bafa et 90. bafae consonantibus translatis scripsi pro baca et fabae. sic eae commutantur in „furvum“ et „curvum“ Propert. 5, 7, 27. Lach. „fulina“ et „culina“ Sil. It. 6, 149. Salmas. ad Inscr. Herod. p. 51. bafa bapha βαφή est βάμμα, ἔνβαμμα, enbamba 103. intinctus Plin. 15, 118. 20, 65, 80. quo loco brassica ex intinctu sumitur. Hum: ed. in caccabo.

ad 90. porros in melioribus pro porri. particulam a vicinis elisam, ut 15. 125. addidi pro Hum. cum. — in aequam aeque, recte 269. corr. pro in aquam.

simili confusio 253. 372. Plin. 18, 345. Cels. 1, 2. inprimis par. et flor.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

91. Betas: concides, porrum, coriandrum, ciminium, uvam passam varianam, et omnia in medulam mittes, ligabis et ita inferes ex liquamine, oleo, aceto.

92. Aliter betas elixas: ex senapi, oleo modico et aceto bene inferuntur.

93. Holisera. holisera in fasciculum redacta manu ex liquamine, oleo et mero bene inferuntur, vel cum piscibus assis.

94. Rapas sive napos: rapas sive napos

ad 91. ad „concides“ supplebis „betas“. non raro lemmatis nomen ad primum verbum subaudiendum est ut 99. 138, 141 192. 194, 202. quare non audiendus Listerus qui „in hoc articulo nulla est mentio betae, ideo potest ad proxime superius caput de porris referri“, neque Reinesius Var. Lect. 3, 17. p. 634. qui addito „aliter“ item iungit. idem pro „medulam“, quam intelleges ex nota ad 43. correxit „trullam“ quae sit vas escarium, catinum, quo pulmentaria, obsonia et reliquae dapes mensis imponantur. Hum. exponit „in massam substantiamque et corpus unum“, Barthius „in iusculum spissius medullam referens“. — varianam pro farinam emend. ex Plin. 14, 29, ea nobis a viti elveola dicitur elbingrosine. — malim haec omnia. ut Noster loquitur multis locis. ligabis codicum est obligabis, coagitabis.

ad 92. ex s. cod π. et s. reliqui. et napi β. — bene ut 93. non satis placet.

ad 93. olisera codd. ad 61. olisatra Hum. codd. Plin. T. 1 p. 52. lin. 1. cf. 97. 124. 139. Colum. 11, 3, 18. 12, 7, 1. 12. 58. Pallad. 5, 3. 2. Plin. 12, 45. 19, 162. 20, 117. Cael. Aur. chron. 3, 4 p. 231. Plin. Val. 3, 14 fin. ubi male editum „olosantum“. ea planta est systematis smyrnium olusatrum schwarzkohl, veterum Graecorum, ut Hippocr. rat. mul. p. 572. 583. morb. mul. p. 603. Theophr. hist. pl. 7, 6, 3. Dioscor. 3, 71. Galen. fac. alim. 2, 52. *ἱπποσέλινον*, hodiernorum *μαυροσέλινον* et *σκυλοσέλινον*, Columellae 10, 123 olus pullum. — manu arte. — cum pisc. assis explica ex 127. sic cucurbitae cum gallina 74. pisa cum isiciis 198.

ad 94. exprimes manibus depressabis 153. — ratam β. — vel pro mel

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

elixatos exprimes. deinde teres ciminum plurimum, rutam, minus lasar particum vel acetum, liquamen, defrictum et oleum modice. fervere facies et inferes.

95. Aliter: rapas sive napos elixas inferes, oleum subinstillabis, si voles, acetum adde.

96. Rafanos: rafanos cum piperato, ita ut piper cum liquamine teras.

97. Holus molle. holus molle ex holisatro: coctum ex aqua nitrata expressum concides minutim. teres piper, ligisticum, satureiam siccam cum cepa sicca, liquamen, oleum et vinum.

98. Aliter holus molle: apium coques ex aqua nitrata, exprimes et concides minutim. in mortario teres piper, ligisticum, origanum, cepam, vinum, liquamen et oleum. coques in pultario et sic apium conmisces.

99. Aliter holus molle ex foliis lactucarum cum scapis: coques ex aqua nitrata, expressa concides minutim. in mortario teres piper, ligisticum, api semen, mentam siccam, cepam, liquamen, oleum, vinum.

ex γ laser igitur loco aceti adhiberi poterat, alibi quo acrius fieret acetum laseris sucus admiscebatur, de quo aceto laserpitiato in Gloss. dicetur. laser et acetum iungitur 393. forte iungendum „modice fervere“ cf. 115, 120. 321. 395. de rapis parandis 153. — forte infares, infarres, farre obliges 42.

ad 96. ita — teras ut 314. tereas $\beta\pi$. ut carpeas 151. tergeatur et tergatur ap. Cels. 7, 1, sic manĕre pro manare 373. sufflĕre 364. lavēre in Sallust. fr. 2. 81. densēre pro densare ib. 2. 68. cf. interpp. ad Tacit. ann. 2, 14, 2. Bach ad Ovid. met. 13, 605. Kaercher Etym. beitr. 1. p. 40.

ad 97. holus ex β pro olus. — minutum $\beta\gamma$. minutatum π.

ad 99. cum scapis scripsi pro cum caepis. id est caulibus 100. Colum. 12, 9, 1. thyrsis Plin. 19, 129. Cael. Aur. chron. 3, 2. strunk-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

100. Holus molle ne acescat, summa quaeque amputantur et purgamenta et caules madefactos in aqua absenti contegito.

101. Herbae rusticae liquamine, oleo, aceto a manu, vel in patena pipere, cimino, bacis lentisci.

102. Urticae: urticam feminam Sole in Ariete posito adversus aegritudinem sumes, si voles.

103. Intuba et lactucae: intuba ex liquamine, oleo modico comedere cepa concisa pro flaturis verno, hieme intuba ex enbambate vel mello et aceto acri.

salat. cf. mea Olera p. 46. expressa folia.

ad 100. acescat ex π et cod. Hum. et Plin. 18, 77. pro arescat. eandem confusionem observavi Scribon. 22. madef. cet. cf. Plin. 27, 46. 47.

ad 101. a manu non coctae, per se ἐκ χειρὸς, αὐτοσχεδόν. opponitur „in patena“ et 62.

ad 102. eam urticam „feminam silvestrem“ vocat Plin. 21, 93. intellegenda urtica pilulifera Lin. in Europa australi nascens quae flores femininos in capitulo habet. cf. Dierbach Flor. Apic. §. 51, mea olera p. 59. — sole in ar. pos. verno tempore, cf. Vitruv. 9, 3, 1. — egrit. βγ. arctitudinem coni. Casp. Barthius Advers. p. 1792. quem satis vituperavit Reinesius Var. Lect. 3, 17. p. 635. aegritudinem esse morbum hodie notum vel ex Plin. 19, 128. al. Cellar. Cur. post. p. m. 160. Append. p. m. 45. 46. sic ἄλγημα est νόσημα Galen. Gloss. Hippocr. p. 422.

ad 103. comedere emend. pro medere. sic sequentis vocis prior litera vel sillaba praecedenti adhaerescit et contra multis in locis. ex edit. princ. medice Hum. fecit modice. et flaturis i. e. flatibus emend. pro lactucis et verno pro vero quod deest in γ et flor. quodque e cod. suo Hum. in vere mutavit. supple „tempore“. cf. Cat. 50, 2. 131. Plin. 9, 47. Pallad. 3, 12, 1. 3, 26, 3. 5, 8, 6. 6, 7, 1. 4, 9, 13. 4, 10, 3. sic „aestivo“ dixit Apulei. II. p. 366. ubi vide Hild. sic horno, crastino, matutino, cotidiano, sereno, al. cf. Gronov. ad Ammian. Marc. 18, 4, 1. Scheffer ad Iul. Obseq. 55. Halm. ad Cic. in Vatin. 1, 3. p. 38. — en-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

104. Lactucas cum oxiporio, aceto et modico liquamine ad digestionem et in flationem.

105. Et ne lactucae laedant: cimini unc. II. gingiberis unc. I. rutae viridis unc. I. dactilorum pinguium scripulos XII. piperis unc. I. mellis unc. VIIII. ciminum autem aethiopicum aut siriacum aut libicum infundes in aceto, cum siccaverit, tundes. et postea melle omnia conprehendis, cum necesse fuerit. dimidium cocleare cum liquamine et aceto modico misces. aut post cenam dimidium cocleare accipies.

106. Carduos liquamine, oleo et ovis concisis. Aliter carduos: rutam, mentam, coriandrum,

bammate $\beta\pi$. embamm. $\gamma\vartheta$. em embamimate $\zeta\vartheta$, infra 346 scribitur embamba, ebamba a dorica forma $\beta\acute{\alpha}\mu\beta\alpha$ vocis $\beta\acute{\alpha}\mu\mu\alpha$ (Ahrens Dial. doric. p. 86. supr.). eadem latet in Columellae 12, 34. bambatae et Plinii 20, 147. embamma, inbamma, inbamba et 22, 88. cf. Salmas. in Plin. p. 265. b. — aceto acri emend. ex 448. pro agri lact. mecum esse codicem humelb. postea vidi. sic vitiose scriptum „aceti agri“ ap. Pelagon. 6 p. 34. pro „acri“ i e. acris, ad Gargil. cur. boum 26 p. 45. Barthius Adv. p. 1793. acri-lactucas scribens explicat „quae sunt acrioris gustus“, quocum facit Lister ob silvestrium summam amaritudinem prae sativis.

ad 104. et inflat. codd. cum nomen simplex esse possit quod compositum inflatio, praepositionem seiunxi, ut sit quod contra. ni velis, eam absorptam puta.

ad 105. eadem fere compositio 33. ne laedant ne innatent, sed sedeant. Horat. serm. 2, 4, 59. 2, 2, 73. — cyminum π. gengib. π. gengiber $\beta\vartheta$. gingiber $\gamma\delta$. zingiber ζ. ad 29. aut siriacum aut libicum tundes ciminum $\beta\pi$. aut lib. tundes cim. omittunt flor. cum γ. in uno ϑ autem est. me verborum ordinem mutasse vides, ne pugnent cum illo 33. postea — fuerit ex β addidi, partem habet ed pr. cocleārum, cloclearum, clocleare, cocleare codd. cf. 48. 145. accipies sumes.

ad 106. ovis conc. obligabis 77. 123. 334 ornabis 432. vel flor. cum par. pro

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

feniculum omnia viridia teres, addes piper, ligisticum, mel, liquamen et oleum. Aliter carduos elixos: piper, ciminum, liquamen et oleum.

107. Sfondili vel funguli: sfondili fricti ex oenogaro simplici. Aliter: sfondili elixi ex sale, oleo, mero, coriandro viridi conciso et pipere integro.

108. Aliter: sfondilos elixos perfundes amolato infra scripto: api semen, rutam vel piper teres, passum, liquamen et oleum modice, amolo obligas. piper aspargis et inferes.

109. Aliter: sfondilos tores. ciminum, rutam, liquamen, caroenum modice, coriandrum viride, et porrum. Et sfondilos infares pro salsa.

110. Aliter: sfondilos elixatos praedurabis, mittes in caccabum oleum, liquamen, piper, passum, colorabis et obligas.

111. Aliter: sfondilos oleo, liquamine conplebis, vel oleo et sale assabis, piper aspargis et inferes.

mel. eadem confusio 94. 108. 217. 220. 300. 308. 330. 471. tertia compositio deest in ed. pr. pro ea addam Plinii 19, 153. „cardui condiuntur aceto melle diluto addita laseris radice et cumino“ ut legendum pro „cumini“. in libello De oleribus p. 20—23. ostendi sfondilos esse capita s. capitula cynarae scolymi L. hodieque dici kaese, gall. les culs d'artichaut, carduos contra caules cynarae cardunculi Lin.

ad 107. funguli ex par. pro funduli vel fundili. Hum. ed. spongioli sive funguli. cf. 190. ad 106.

ad 108. vel corr. pro mel ad 106.

ad 109. pro teres corr. tores elixatos praedurabis 110. ad 122. infares corr. pro inferes ad 42, 94. salsa vel salsum ad Romanos transiit et francogallice sauce factum est, ital. solzio, unde nostrum sulze. Hum. explicat „loco salsamenti“, ταρίχου. cf. 211.

ad 110. passo col. π. forte verum. cf. 352. passum vero etiam additur ut dulce fiat 182. 265. et alia re coloratur 51.

ad 111. addidi ex codd.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

112. [Aliter: sfondilos elixatos conteres et nervos eorum eximes, deinde cum eis alicam elixatam et ova conteres, liquamen, piper. isicia ex his facies cum nucleis et pipere. in augmento. assabis. oenogaro continges. et pro isiciis inferes.]

113. Carotae seu pastinacae. carotae seu pastinacae frictae oenogaro inferuntur.

114. Aliter: carotas sale, oleo puro et aceto.

115. Aliter: carotas elixatas concisas ex ciminato, oleo modico coques et inferes. ciminatum colorium facies.

oleo ex π pro oleum. „coperire“ ea de re 162.

ad 112. in cod. ζ deest: librarius quidam eum compositionum numerum pleniorem reddere volens illam 42. inepte huc transposuit, parantur enim ibi isicia marina, hic olera coquuntur. et nervos e. ex. sed corium eorum demes, ad 136. alicam misces. cum nucl. et pip. interpositis vel. missis. omento H. scripsit pro codicum augmento vel augumento et 264. ea vox scribebatur augmentum, aumentum, omentum 292. 40. Varr. L. L. 5, 22 p. 116. praestat forte magmento. cf. Ducang. Gloss. in v. p. 183. Ian. proleg. ad Pers. p. XVIII. XIX. omento porcino involvere 320. tegere 397. coperire 369.

ad 113. aliquot librorum caroetae videtur carotae, utroque enim modo adhuc in Italia scribitur. seu past. omittit β. ea planta est pastinaca erratica radice dulci Plinii 25, 112. past. hortensis, καρωτὸν dicta ap. Athen. 9 p. 371 E. a voce κάρον careum, cuius radix pastinacae et dauci modo editur ap. Dioscor. 3, 59. cf. Bodaeus ad Theophrast. p. 1120. Beckmann. Erfind. V p. 134 seqq.

ad 115. cx cum feci ex sex librorum et cum quae voces saepius commutantur. in cuminato β. in cumino γ. — colorium corr. pro coliorum, Hum. coloratum. cf. 51.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

Incipit Apici Caeli pandectes.

LIB. IV.

116. Sala cottabia: piper, mentam, apium, puleium aridum, casiam, nucleos pineos, mel, acetum, liquamen, ovorum vitella. quam recentem panem ex posca maceratum exprimes, caseum bubulum, cucumeres in caccabnlo conpones interpositis ungulis, mutes concisim copadiis porcinis uti iocusculis gallinarum. ius perfundes. super frigidam collocabis et sic appones.

ad 116. pandecter codd. medicinae pandectas Matthaeus Sylvaticus et iuris pandectas vocavit Iustinianus. Tiro in pandecte ap. Charis. 2, 134. cf. Plin. praef. natur. hist. §. 23. Gell. 13, 9, 3. Ducange T. V p. 48. — sala cattabia codd. salacacabia corr. Hum. quae sint ἁλοκακάβια, ἁλιστὰ ἐν κακκάβῳ βρώματα, salsa caccabularia, salsitia quae in caccabis coquantur, cibi saliti in ollis cocti, kachelsulze. meum cottabia explicandum ex illo cottabi genere ap. Athen. 15, 6. Schol. Lucian. T. V. p. 334. ed. Lehm. in quo similiter acetabulum innatat aquae in pelvin infusae. cf. Iacobs Verm. Schr. VI. p. 113. seqq. Osann Beitr. z. literat. 1. p. 111. verba „piper — vitella“ ius continent quod supra massam descriptam funditur totumque postremo super frigida collocatur, in cuius locum nix sub ora aspergitur 117, ut in ea natare videatur. sala nil potest esse nisi salsa, salsamenta, salgama, unde nostrum sulze 109. qua re ea patina converti potest sulze im eisbecken et conferri hodierna galatina, Gallorum gelée. — casiam seu cassiam, cassienzimmt. emend. pro caseum. — quam pro aquam est ex β. — panis posca infusus ap. Cael. aur. chron. 3, 2. i. e. perfusus ad Gargil. p. 41. — ungulis ungellis 182. 259, trunculis suum scripsi pro nuclis et mutes concisim copadiis porcinis uti i. pro concisi (concisis capparis ζ.) capari minuti i. cf. 120. 187. „mutes“ etiam restituendum 133. est permutes, alternis ponas, varies, variatim compones 120. et ius

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

117. Aliter sala cottabia apiciana: adicies in mortario api semen, puleium aridum, mentam aridam, gingiber, coriandrum viride, uvam passam enucleatam, mel, acetum, oleum et vinum, conteres. adicies in caccabulum panis picentini tria frustra, interpones pulpas pulli, glandulas aedinas, caseum vestinum, nucleos, pineos, cucumeres, cepas aridas minute concisas. ius supra perfundes. insuper nivem sub ora aspargis et inferes.

118. Aliter sala cottabia: panem alexandrinum excavabis, in posca macerabis. adicies in mortarium piper, mentam, alium, coriandrum viride, caseum bubulum sale conditum, aquam, oleum, insuper vinum et inferes.

119. Caccabina minore: olera diverse elixa conpone et pullinam intersere, si volueris. condis liquamine et oleo et bulliat. teres piper modicum et folium et cum tritura conmisces ovum et tribulas. Alias tritura unde perfundes caccabina: teres ergo folium quantum conpetat cum cerefolio uno et quarta parte de lauri baca et medium caulis

supra f. ex 117. corr. pro ius prof.

ad 117. gengiber βγθπ. 29. frustra codd. 63. — forte c. vescinum, ad Liv. 9, 25, 4, 10, 20, 1. Plin. 11, 241.

ad 118. reliqua facta videntur ut supra.

ad 119. ea et sequens compositio ex Excerptis apicianis codicis salmasiani addita hoc loco, quia similes patinae sunt, sed nominis singularis, non a caccabo ducendi, sed a patria, ab altero nomine Carthaginis Καχκάβη, quod adiectivum formatum est ut ἀγαθῖνος ab Ἀγάθη. ἐλευσῖνος, ἐρῃγῖνος, al. vel levi manu corrigas canobina, κανωβῖνα, ab Aegypti urbe Canobo, quae infamis erat luxuria civium. de κανωβισμῷ cf. Strab. 17, 1, 16. Creuzer Dionys. p. 119. 126. non minus difficile est alterum lemmatis vocabulum. supplendum censeo „iure“, ut ad „simplici“ 204. — diversa cod. et pullina et conpedat et vaborabis

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

elixi et folia coriandri et solves de iuscello eius et vaporabis in cinere calido et adorna. antequam fundas in vasculo, perfundis conditam et sic ponis.

120. Caccabina fusile: malvas, porros, betas sive coliclos elixatos, turdos adque esiciatum pullum, copadia porcina sive pullina et cetera quae in praesenti habere poteris, conpones variatim. teres piper, ligisticum cum vini veteris pondo II. liquamen pondo I. mel pondo I. olei aliquantum. iustata [id. permixta et temperata] mittis in patinam et fac ut modice ferveat. et cum coquitur, adicies lactes, in uno ova dissoluta cum lacte perfundes. patinam mox constrinxerit, inferes.

et adora. praeterea correxi intersere pro inter se. — cerefolium forma nominis medio aevo maxime solennis, rarior est caeref. et chaeref. ad gr. χαιρέφυλλον quasi foliis luxurians, putant. sed verior videtur cerepolum ap. Colum. 10, 110. Plin. 19, 170. Salmasio. originem vocis invenit Martin Pflanzennamen, p. 30 intellexerim vero illam Plinii 12, 30. plantam indicam, quae carophyllum, cariof. garyoph. cet. scribitur, et est gewürznelke. — uno non videtur numerale, sed vel una corrigendum et supplendum „parte“ vel explicandum solo, μόνῳ, tantum, aut in uno, in unum, ut in unum terere dixit Colum. 12, 8, 3. — medium dimidium. caulis brassicae oleraceae, κράμβης ὁ καυλὸς ap. medicum in Ideleri Corp. 2. p. 268, 33. solves comminues, liquefacies, levabis 126. sensus est: eam triturām suffunde iure de suo sibi, quod olera cum liquamine et oleo cocta habent.

ad 120. fusile iure profuso, opiparo, impenso parata, opponitur 119. de ea ablativi forma monui ad Gargil. p. 41. 42. — esiciato pullu cod. mihi est exiciat. vel exsicatum, exsectum i. e. pulpam, pectus pulli 384. 402. coll. 200. — gustata id permixta et temperatam cod. quod mendum sustuli ad 67. iustare est ad iustam mensuram redigere, inde aiuster, aggiustare al. ap. Diez. Lex. d. rom. spr. p. 176. pro in figura ++ est in cod. — mox simul ac Vales. ad Amm. Marc. 17, 1. 2. Ian ad Macrob. sat. 7, 8, 3.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

121. Patina cottidiana: cerebella elixata teres cum pipere. ciminum, lasar cum liquamine, curoenum, lacte et ovis. ad ignem lenem vel ad aquam calidam coques.

122. Aliter patina versatilis: nucleos, nuces fractas, tores eas et teres cum melle, pipere, liquamine, lacte et ovis. olei modicum.

123. Aliter patina: tirsum lactucae teres, cum

ad 121. ciminum cet. sc. commisces 419. lacte et ovis coques et obligabis. 122, 123. ovis in una β a prima manu, obis a sec. inde natum ceterorum olus, par. holus. cf. 122. de medicorum et coquorum igne leni dixi ad Gargil. p. 41. coquendi rationem ad aquam calidam explico tibi ex Caton. 81. „indito in hirneam fictilem, eam demittito in aulam aheneam aquae calidae plenam, ita coquito ad ignem“. olla igitur fictilis vel aerea minor stat vel pendet in pelvi aqua fervente repleta, ut aqua magis quam igne coquatur. ea incunabula balnei Mariae non raro invenimus, apud Dioscor. 3, 87. Galen. T. VI. p. 288. 291, ἑψεῖν ἐπ' ἀγγείου διπλοῦ sive ἐν διπλώματι T. XIII. p. 535. coll. Geoponic. 8, 27, 3. Theodor. Prisc. 4, 1. Martial. 13, 33. de caseis „sive levi (malim „leni“) flamma, sive domamur aqua“. cf. 66. de sportellae simili usu 364. 374. 248. Plin. Val. 3, 14. fol. 194. b. ed. Ald.

ad 122. iisdem fere verbis repetita patina 136. cf. et impensam terentinam 53. versatilis dicitur Barthio, quod variis missibus apponi possit, Listero quod saepius versentur codimenta, dum ex lacte et ovis obligentur. olim mihi erat quae versatur, circulatur, in antecoenio omnibus circumfertur, περιάγεται, unde περιαγόμενον ap. Diog. Laert. 2, 139. Athen. 10, 15 p. 420 A. παραφερόμενον ap. Plat. rep. 1, 24 p. 354. B. coena ambulans Martial. 7, 48, 5. ut quisque sumeret quantum liberet, cf. Beckeri Gallus III. p. 180. 181. Weber ad Horat. sat. p. 369. vel quae mutatur, non quotidiana est, speise zur abwechslung. nunc mihi est versabilis, versuta, kluge speise coquorum vernaculorum, sicque explices gustum versatile 181. pisam versatilem 200. — tores codicum est torres.

ad 123. tirsum ed. pr. tyrsum et thyrsum codd. cf. Sueton. Aug. 77. sic ho-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

pipere, liquamine, caroeno, aqua oleo coques, ovis obligabis. piper aspargis et inferes.

124. Aliter patina fusilis: accipies holisatra, purgas, lavas, coques, refrigerabis, restringues. accipies cerebella IV. enervabis, coques. adicies in mortarium piperis scripulos VI. suffundes liquamen, fricabis, postea adicies cerebella, fricabis iterum, adicies holisatra et simul conteres, postea franges ova octo, adicias ciatum liquaminis, vini ciatum, passi ciatum, contrita simul temperabis. patinam perungues, inpones in termospodio. postea cum coctum fuerit, piper aspargis et inferes.

125. Patina de asparagis frigida: accipies asparagos purgatos, in mortario fricabis, aqua suffundes, perfricabis, per colum colabis. Et mittes ficetulas curtas. Teres in mortario piperis scripulos VI. adicies liquamen, fricabis, vini ciatum, lisatra teruntur 124. aqua oleo ὑδρελαίῳ 87.

ad 124. fusillis par. frisilis ed. pr. unde fictilis fecit Hum. „a frigo quod est torreo, nam mox frigere iubet olisatra“. fusilis, si mauus est Nostri, vel est fusa, profusa 120. vel in qua funduntur seu sternuntur edulia, quasi fusorium, gosse, guss. malim vero fucilis fucata, ficta, factitia, ut nemo agnoscat quid manducet 132. — holisatra 93. — pro codicis sui refringues Hum. corr. et friges. restringuere est stringere, constringere, exprimere, ausringen. — verba refrigerabis — coques in uno β et π sunt. e quibus est iterum pro interim. cf. denuo 54. in thermospodio ut 128. 129. 166. ἐν θερμοσποδιᾷ Erotian. Gloss. Hippocr. p. 96. coll. p. 254. 518. Suid. p. 697. cum Bernh. in cinere calido 129. 125. 119. 169. al. — p. quod coct. codd. correxi ex aliis locis.

ad 125. frigida vocatur, quod res primaria, unde patina nomen habet, sine igni, aqua frigida paratur, postea demum cum iure ad ignem admovetur. calida autem et frigida vocatur patina 128. 166. 169. si res in aqua coquitur, cocta refrigeratur, exprimitur, tum denuo coquitur, vel si altera frigida,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

[vini] passi ciatum, mittes in caccabulum olei unc. III. illic ferveat. Perungues patinam, in ea ova VI. cum oenogaro misces, cum suco asparagi si inpones cinere calido, mittes inpensam supra scriptam, tunc ficetulas conpones. coques. piper aspargis et inferes.

126 Aliter patina de asparagis: adicies in mortarium asparagorum praecisuras [quae prociduntur], teres, suffundes vinum, colasteres piper, ligisticum, coriandrum viride, satureiam, cepam, vinum, liquamen et oleum. sucum transferes in patellam perunctam et si volueris ova, dissolves ad ignem ut obliget. piper minutum asparges.

127. [Aliter] Patinam ex rusticis sive tamnis sive senapi viridi sive cucumere sive coliclis ita altera calida paratur, postremo commiscetur. — et mittes ad ignem pones. — ficitulas βπ. fecet. ϑϑ. feced. γ. ficed. ζ. cf. 134. 384. Lachm. ad Lucret. 3, 1014. ficedula vulgari forma est ap. Plin. 10, 86. Mart. 13, 49. Macrob. sat. 3, 13, 12. cui respondet Graecorum recentium συκοφᾶς, feigenfresser. curtas non integras 134, totae enim vulgo edebantur, Gell. 15, 8, 2. curatas ed. H. — pro sex in codd. sed. — asparagis imp. codd. sic si passim absorptum 15. 90. 189. 207. 236.

ad 126. asp. praecisuras asparagos praecisos, frustatim concisos. quae prociduntur, ut lego pro proiciuntur, tanquam glossema inclusi. — teres — colas omittunt sex libri. — ova misces, frangis, dissolves solves 119. ni malis iungere „ova dissolves, ad ignem“ scil. pones.

ad 127. Aliter bene om. β. — rusticis herbis 101. silvestribus et sponte nascentibus, ἀγρίαις Diosc. 2, 147. agrestibus secundum Flav. Vop. in Tacit. 11. praeter malvam, urticam, blitum, al. (cf. mea Olera p. 11. 12.) cramben seu brassicam ex Diosc. l. l. intelleges. — tannis βπ. camnis ζ (librarius volebat tamnis). tinis ed. pr. unde cymis fecit Hum. planta sponte nascens, adhuc tanno dicta, et in rusticas coenas lecta varie scribitur et apud Plin.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

facies. si volueris, substernes pulpas piscium vel pullorum.

128. Aliter patina de sabuco calida et frigida: accipies semen de sabuco, purgabis, ex aqua decoques, paulum exiccabis, in patina conpones ad surcellum. adicies piperis scripulos VI. suffundes liquamen, fricabis, postea adicies liquaminis ciatum unum, vini ciatum, passi ciatum, teres, tandem in patinam mittes et olei unc. IV. pones in termospodio et facies ut ferveat. cum fervuerit, franges postea ova VI. agitabis et patinam sic obligabis. cum obligaveris, piper aspargis et inferes.

129. Patinam de toris: accipies rosas et exfoliabis, album tolles, mittes in mortarium, suf-

21, 86. Colum. 10, 373. thamnum, thannum, tamnum, tannum, tamum, tanum eiusque uva taminia seu taminea Plin. 23, 17. 19. T. 1. p. 61. — viride ut 211. ad 120. — malim supersternes super compones. holisera cum piscibus assis inferuntur 93.

ad 128. sabuco et samb. codd. sic variant Plin. 16, 103. 122. 179. 180. 24, 51. Seren. Sam. 50. Rhod. ad Scribon. 160. paulum restitui pro speculum, cuius litera initialis praecedentis verbi est et a minus clare scripta mendum ec peperit. Hum. ex 129. corr. succum per colum colabis porroque ex antiquo codice, ut ait, pergit patinam perunges et in patinam compones, consentit β. ad surcellum codicum, unde Hum. fecit ad succum illum. est ad surculum, ad ignem surcularem i. e. sarmenticium, sarmentis enim medici magis quam ex alio ligno ignem requirebant iisdemque focum instruebant, quod vitium sarmenta fumum non emittant. cf. Plutarch. T. 2. p. 658 D. Galen. de antid. 1, 19. Macrob. sat. 7, 16. 23. Iung. ad Polluc. 7, 109. — fricabis ex cod. Hum. — simile ius 151. liquamen bis additur ad terendum et condiendum, ut 129. 151. 169. 203. 205. 226. 238. 243. 265. 373. ad 69. et ante „olei“ add. ex 151. al.

ad 129. de toris vel coris codd. (in ϑ est lacuna) de rosis Hum. eodem iure ea patina „de rosis“ dici potest quo superior „de sambuco“, quia rosarum tri-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

fundes liquaminis ciatum unum [semis] et sucum per colum colabis. accipies cerebella IV. enervabis et teres piperis scripulos VIII. suffundes ex suco, fricabis, postea ova VIII. franges, vini ciatum unum, passi ciatum unum et olei modicum. postea patinam perungues et eam inpones cinere calido et sic inpensam supra scriptam mittes. cum cocta fuerit in termospodio, piperis pulverem super adspargis et inferes.

130. Patinam de cucurbita: cucurbitas elixas et frictas in patina conpones, ciminatum superfundes, modico oleo super adiecto fervere facias et inferes.

131. Patina de apua: apuam lavas, ex oleo maceras, in cumana conpones, adicies oleum, liquamen, vinum, alligas fasciculos rutae et origani tarum sucus est quo maxime consistit. librorum „toris“ nil aliud erit nisi „torris“ i. e. torridis carbonibus, vivis torribus Valerii Fl. 3, 115. ἀπ' ἀνθρακιᾶς, ut habeas ἀνθρακίδα, cibum supra pruna coctum sicque ad edendum illatum. Clemens Al. paed. 3, 5, 31. inter luxus instrumenta ἐσχαρίδας ἀνθράκων recenset et Seneca Ep. 95, 26. irascitur quod cibi ab ipso igne in os transferuntur, coll. 78, 22. Nat. Qu. 4, 13, 9. qui ut minus molesti essent, luriones fuerunt qui iis assuefacerent manibus in calentem aquam demissis et ore saepe calida colluto. cf. Athen. 1, 9. nos ad 408. — pro rosas in libris est rosis, unde corrigas accipe ex rosis, quia optimae tantum sumebantur 4. album ut 4 est unguis candida Plinii 21, 121. λοβὸς Galeni, ὄνυξ Diosc. 1, 130. qui χυλίζειν δεῖ τὰ ἀπαλὰ ἀποψαλίσαντας τὸν ὄνυχα καλούμενον ὅπερ ἐστὶ τὸ λευκὸν τὸ ἐν τῷ φύλλῳ. demere eadem de re ap. Ael. Spart. in Ael. Ver. 5. — semis in pluribus deest.

ad 131. apua abuam βϑ. apuabuam γζπ. apubuam δ. apabadiade ed. pr. in quo monstro latere potest apuabedrade seu apabembrade, ut apua i. e. aphya, ἀφύη, genus minimi pisciculi, salmo eperlanus Lin. spierling, schmelt, cum

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

et subinde apuam baptizabis. cum cocta fuerit, proicies fasciculos et piper aspargis et inferes.

132. Patina de apua sine apua: pulpas piscis assi vel elixi minutatim facies ita abundanter ut patinam qualem voles inplere possit. teres piper et modicum rutae, suffundes liquamen quod satis erit et olei modicum et conmisces in patina cum pulpis, sic et ova cruda confracta, ut unum corpus fiat. desuper leniter conpones urticas marinas, ut non cum ovis misceantur. inpones ad vaporem, ut cum ovis ire possint et cum siccaverint super aspargis piper tritum et inferes. ad mensam nemo agnoscet quid manducet.

133. Patina ex lacte: nucleos infundes et siccas eos — recentes imbre paratos habebis — accipies patinam et in ea conpones singula infra scripta: mediana malvarum et betarum et porros maturos, apios, holus molle et viridia elixa, pullum carptum ex iure coctum, cerebella elixa, lucania, ova dura per medium incisa, mutes, longaones por-

simili pisciculorum quibus nomem *βεμβράδες* seu *βεβράδες*, *βαμβραδόνες* et *μεμβράδες* sit iunctum, quod edulium *μεμβραφύη* dicitur ap. Athen. 7, 28. et Etym. Magn. p. 177, 30. — ex codd. apababdiabis feci apuam baptizabis *βαπτίσεις*, *βάψεις*, tanges, adsperges, betraeufeln. Hum. ed. cum apua elixabis.

ad 132. artificia adultera eius farinae sunt rosatum sine rosa 4. salsum sine salso 441. — adimplere possis Hum. ex ed. pr. possit codicum est liceat et 215. 266. — in patina γ? H. in tina reliqui. — leviter codd. ire coire 419. Col. 12, 42, 3. bullire Hum. — noli iungere inferes ad mensam cum librariis et editoribus.

ad 133. sic 369. aedus laureatus ex lacte nomen habet, quia isicia ex lacte potissimum confecta adiciuntur. — emend. ex impreparatos vel inpraep. quam vulgatam olim interpretabar „non tostos“. nucleos pineos quam recentissimos adicit si-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

cinos ex iure terentino farsos, coctos concisos, iscinera pullorum, pulpas piscis aselli fricti, urticas marinas, pulpas hostreorum. caseos recentes. alternis conpones nucleos et piper integrum asparges. ius tale perfundes: piper, ligisticum, api semen, silfi. coques. at ubi cocta fuerit, lactem colas, cui cruda ova conmisces, ut unum corpus fiat. et super illa omnia perfundes. cum cocta fuerit, echinos recentiores. piper aspargis et inferes.

134. Patinam apicianam sic facies: frustra suminis cocti, pulpas piscium, pulpas pulli, ficetulas vel pectora turdorum cocta et quaecunque op-

napi Col. 12, 57, 2. imber est aqua imbrialis s. cisternina 45. priusquam edantur aqua calida macerandos esse constat, ne ventriculum laedant. — mediana media, dimidiam partem. — olus molle 97. — et jure codd. cf. ad 54. — carptum ut 251. scripsi pro raptum. — lucania lucanica isicia s. farcimina. sic numidus est numidicus 242. medus medicus, colchus colchicus. italus italicus, illyrus illyrius, arabus arabicus ap. Plin. 36, 153. Gargil. cur boum §. 23. cf. Fabri ad Liv. 21, 53, 11. Weichert ad Poetar. lat. reliq. p. 322. not. Reisig Schol. Gr. lat. §. 109. malim tamen lucanicas 194. 207. 181. 56. mutes corr. pro mittes 116. longaones codd. longanones ed. pr. H. longa intestina, Ducang. Gloss. IV. p. 146. Orelli ad Arnob. 7, 24 p. 422. Diez Lex. d. rom. spr. 507. 508. terent. et tarent. codd. et 172. 173. cf. illud apoderinum 53. — aselli om. ed. pr. — ex ζ malim frictas cf. 135. hostreorum ex βϑ pro ostr. 12. pulpas carnes molles sphondylis demtis, mantellappe, qua una parte adhuc vescuntur homines subtilis palati, 151. cf. Plin. 32, 61. coll. Mart. 7, 20, 7. — at γδ ad β ac ζ. et vulgo. — lac ed. pr. H. lacte ζ. lac colas δ cum lacuna. fuerit ex βγ ed. pr. pro fuerint. — echino et ethino codd. urticae desuper componuntur 132.

ad 134. frusta ζ ed. pr. H. 63. de sumine ad 261. ova frangis. — ad ubi β. 133. levabis ab igne. — sic corr. pro refundes cum pip. grana. ad „p. grana“ supple „mitte“ 54 s. „ad-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tima fuerint. haec omnia concides diligenter praeter ficetulas, ova vero cruda, cum oleo dissolvis. teres piper, ligisticum, suffundes liquamen, vinum, passum et in caccabum mittis ut calefiat et amolo obligas. antea tamen pulpas concisas universas illuc mittes et sic bulliat at ubi coctum fuerit, levabis cum iure suo et in patellam alternis de trulla refunde sicium, piperis grana integra et nucleis pineis, ita ut per singula coria substernas diploidem, dein laganum similiter. quotquot lagana posueris, tot trullas inples, desuper adicies. unum vero laganum fistula percuties et super inpones. piper asparges. ante tamen illas pulpas ovis confractis obligabis et sic in saccabum mittes, tum inpensam. patellam [aeneam] qualem debes habere infra ostendatur.

135. Patina catillana: accipies frustra suminis cocta, pulpas piscium coctas, pulpas pulli coctas. haec omnia concides, [accipias patellam ae-

sparge“ 133. et „adorna“ ad „nucleis“ 206. sicium isicium, haecksel, füllsel. corium lage, schichte. diplois solum ceteris tractis crassius, doppellage, mantel. dein corr. pro in. — laganum tracta, quasi membranula, kuchenblatt. fist. percut. baculo terete complanabis et attenuabis, den teig mit der rolle zu einem nudelkuchen austreiben, auswaelen. trulla schoepfloeffel. — infra 135. 194?

ad 135. pro inepta patina cotidiana cod. π. vel quotidiana reliquorum quae 121. apta est substituenda erat catillana deliciosa vel castellana ad castelli figuram effecta. cf. Arnob. 4, 42. cum interpp. Athen. 14, 57. Cat. 84. Salmas. in Solin. p. 90. b. — sum. cocta cum Hum. pro coctum et coctam codd. praestet cocti 134. postquam pulpae dictae concisae et in caccabo ovis confractis dissolutae et obligatae sunt, ius paratur in quod pulpae illae ut impensa mittuntur, deinde in altera patina artocreas exstruitur. — obligas amolo 134. sub-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

neam] ova confringes, in caccabum et dissolves. adicies in mortarium piper, ligisticum, fricabis, suffundes liquamen, vinum, passum, oleum modice, reexinanies in caccabum, facies ut ferveat, cum fervuerit et obligas. pulpas quas subcultrasti in ius mittis. substerne per diploides patinam aeneam et trullam plenam pulpae et disparges oleum et laganum pones similiter. quotquot lagana posueris tot trullas inpensae adicies. unum laganum fistula percuties, a superficie versas indusium, super focum pones. piper aspargis et inferes.

136. Patina versatilis vice dulci: nucleos pineos, nuces fractas et purgatas — at torre passas — teres cum melle, pipere, liquamine, lacte, ovis, modico mero et oleo.

137. Patellam tirotaricam: ex quocunque salso volueris, coques ex oleo, exossabis. et cerebella cocta, pulpas piscium, iocuscula pullorum, ova dura, caseum mollem excaldatum — haec omnia

sternere dip. βπ pro vulgari substerne dip. quod „re“ mihi est „per“ 134. sic Halmius noster Florum p. 31, 5. correxit praef. p. IX. -- pulpae concisae, sicii, impensae. — verras indusium -- pones tentavi pro versas in discum insuper in superficiem pones ut sit „superne ἐπ' ἐπιπολῆς, trahe, distrahe, super indue laganum pro indusio quasi, ziehe ein oberkleid als deckel drüber.

ad 136. eadem fere patina est 122. dulci videtur dulcii, ut sit loco dulcis edulii s. placentae. dulcis Hum. de dulcibus 300—305. attorrebas eas vel atorr. codd. attorrebis ed. pr. Hum. meum bassas est crassas, pingues, nondum siccas, virides, ut sunt pingues fici. etiam coni. basilicas ex Plin. 15, 87. Macrob. sat. 3, 18, 4. cum Ian.

ad 137. tyrotaricham Hum. et pisce salso ex cod. suo. exossabis in pulpas carpes 151. quae postea cum aliis rebus calefiunt. ova dura par. et cod. Hum. in reliquis om. — excald. in aquam calidam immissus et

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

calefacies in patella. teres piper, ligisticum, origanum, rutae bacam, vinum, mulsum, oleum patellam ad lentum ignem, ut coquatur. ovis crudis obligabis, adornabis. ciminum mundum aspargis et inferes.

138. Patellam isiciam [isicia] de tursione: enervabis, concides minutatim. teres piper, ligisticum, origanum, petrosilinum, coriandrum, ciminum, rutae bacam, mentam siccam, ipsum tursionem. isicia deformabis. vinum, liquamen, oleum, coques. coctum in patellam collocabis. ius in ea facies: piper, ligisticum. satureiam, cepam, vinum, liquamen, oleum, in patellam, pones ut coquatur. ovis obligabis. piper asparges et inferes.

139. Patellam ex holisatro: elixas ex aqua nitrata, exprimis, in patellam. teres piper, ligisticum, coriandrum, satureiam, cepam, vinum liquaλούμενος θυρσίων, ἥδιστος ὢν καὶ τρυφερώτατος coll. Plin. 9, 34. pars quaedam caniculae carchariae indeque totus piscis id nomen habet. squalorum species est. fortasse sq. acanthias dornhay, qui bonitate carnis squalum cornubicum fere aequat. et squali glauci cauda delicatum cibum praebet. enervab. tursionem 91. ipsum turs. concisam pulpam tursionis. isicia primum leniter elixantur. dein cum iure coquuntur in ante pat. add. ex 139.

ad 139. holisatro 93. in pat. mittis, collocas. volueris sex codd. pro voles. —

paulum coctus, „fervente aqua perfusus“ Colum. 7, 8, 7. cf. 360. — haec — pat. coques ex oleo. patellam pones. mundum pro minutum corr. ex Edict. Diocl. 1, 32. plebeii tyrotarichi cibi ex caseo et salsamentis, qui hodie menestra vocatur, meminit Cic. ad Div. 9, 16. ad Attic. 4, 8.

ad 138. codicum pat. siccam non concoquo, cum ex iure inferatur. quare emendavi isiciam vel siciam et idem adiectivum restitui 172. isicia ex margine est. — de cane marino. quem Italia hodie canino, Graecia σκυλάκιον vocat, Athen. 7, 85. τούτου τοῦ ἰχθύος μέρος ἐστι καὶ ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων κα-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

men, acetum, oleum. transferes in patellam, coques, amolo obligas. timum et piper minutum asparges. Et de quacunque herba, si volueris, facies ut supra.

140. Patina de apua fricta: apuam lavas, ova confringes et cum apua conmisces. adicies liquamen, vinum, oleum, facies ut ferveat et cum fervuerit, mittes apuam. cum duxerit, subtiliter versas. facies ut coloret. oenogarum simplex perfundes, piper aspargis et inferes.

141. Patina ex lagitis et cerebellis: friges ova dua, cerebella elixas et enervas, gigeria pullorum coquis. haec omnia divides praeter piscem, conpones in patina promisca, salsum coctum in medio pones. teres piper, ligisticum. sucum fundes ut dulce sit. piperatum mittis in patinam, facies ut ferveat. cum fervuerit, ramo rutae agitabis et amolo obligabis.

ad 140. similis patina 146. adicies in caccabum. — duxerit ius, impensam 367. 148. 205. ad 147. nos item ziehen, anziehen. versas vertis. στρέφε, drehe um. —

ad 141. lagitis et vitiose ut 146. lagatis, legatis, ligatis codd. lagartus alterum nomen lacerti fuisse videtur, quem Itali hodie vocant lacerta seu lucerta, Hispani et Portugalenses lagarto, Galli lézard. cf. Diez Lex. d. rom. spr. p. 475. Hum. ed. lacertis. — friges ova 298. 373. ova frixa 329. ex oleo ap. Plin. 29, 44. dua ex 298. corr. pro dura cf. 373. illa forma pro duo passim ap. Scribon. 45. 81. 82. 156. 203. Attium Ciceron. orat. 46, 156. coll. Quintil. 1, 5, 15. — gigeria et 181. 200. ex codicis sui cizeria Hum. corr. sex meorum cizema. par. et ed. pr. cirema (volebant cizema, imo cizeria i. e. gigeria) sicque e cod. Petron. 66, 2. gizeria editores gigeria fecerunt. cf. Non. p. 82, a κίκιρρος gallus, κίκκα gallina, Gallorum gisier s. gesier, — promisca seu promixta ut 181. corr. pro praemista, ut sint permixta, indiscreta. opponantur variatim compositis 206. 121. de forma Ruhnk. ad Rutil. Lup. 1, 5 p. 19. — salsum —

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

142. Patina mullorum: loco salsi mullos rades, in patina munde conpones, adice ius ut ferveat. cum fervuerit, mulsum mittes aut passum. piper aspargis et inferes.

143. Patina piscium: loco salsi pisces qualeslibet curatos friges, in patina conpones, adicies olei quod satis est et salsum interpones. facies ut ferveat. cum fervuerit, mittes mulsam et ius agitabis.

144. Patina piscium: pisces qualeslibet rades et duratos mittes. cepas siccas ascalonias vel alterius generis concides in patinam et pisces super conpones, adicies liquamen, oleum. cum coctum fuerit, salsum coctum in medio pones. addendum acetum. asparges et coronam bubulam.

pones 144. 145. — sucum fundes pro suffundes scripsi ut intellegatur vinum ex musteis vel ex fico. forte passum excidit 142. 182. 265. 62. piperatum est modo dicta tritura sucu suffuso.

ad 142. munde diligenter 162. 270. corr. pro munda. — adicies ut f. codd. liquamen de suo add. Hum. quaedam excidisse videntur cf. 143.

ad 143. mulsam scil. aquam, ὑδρόμελι, ex codd. pro mulsum 297.

ad 144. duratos induratos, obduratos, paulum vel leniter frictos, tostos 123. non crudos 147. praestat forte curatos 143. 151. ascalonias pro ascalonas codicum dedi ex 176. Colum. 11, 3, 57. 12, 10, 1. Plin. 19, 101. 104. Isidor. 17, 10, 13. pisces super anastrophe pro super p. ut in ζ. — coron. bubulam ut 145. si vera lectio, interpretamur conilam s. cunilam Plinii 19, 165. sic dictam per eminentiam ut condimentum palmare, cui corona palmaque danda ob praecipuas virtutes, unde panacea ap. Plin. 20, 168. 169. quibusdam esculentis aptissimum condimentum, Col. 11, 3, 39. qui cunilam aridam adhibet 12, 8, 2. sic θύμος ut honor plantarum στεφάνη apud Aegyptios vocatur teste Dioscor. 3, 38. „bubulam“ vero, quod boves scabie liberare ventremque eorum movere credebatur, Colum. 6, 13, 1. 6, 30, 8. ut est etiam conila gallinacea

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

145. Patellam lucretianam: cepas pallachanas purgas — viridia earum proicies — in patinam concides, liquaminis modicum, oleum et aquam. dum coquitur, salsum crudum in medio ponis. at ubi cum salso prope cocta fuerit, mellae cocleare asparges, aceti et defricti pusillum gustas, si fatuum exierit, liquamen adicies, si salsum, mellis modicum. et coronam bubulam aspargis et bulliat.

146. Patinam de lagitis: lagitas rades, lavas. ova confringes et cum lagitis conmisces, adicies liquamen, vinum, oleum facies ut ferveat. cum fervuerit, oenogarum simplex perfundes. piper aspargis et inferes.

et τραγορίγανος ap. Plin. 20, 170. Diosc. 3, 32. quae si vera sunt, Nostri planta habenda est ὀρίγανος ἀγρία Eumeli in Hippiatr. p. 202. seu thymbra θύμβρα, quam quia cibis adspergebatur θυμβρεπίδειπνον dicit Aristophanes Nub. 420. satureia thymbra L. grosser saturey, aechte thymbra.

ad 145. Lucretius cui ea patina in usu erat Ciceroni est aequalis. pallacanas minus bene in aliquot libris et 409. sunt enim quarum palla seu tunica hiat, χαίνει, χαύνη est, non ἀχανής. Hesych. παλλάχανον· κρόμμυον. ea cepa, Graecorum γήθυον, γήτειον, non est capitata, caput non crassescit, paene est sine capite, cervicis tantum longae et ideo totum in fronde saepiusque resecatur ut porrum, Plin. 19, 105. 107. videtur et mihi dici posse allium fissile perenne. — e codicum melle pro Hum. mellis reduxi minus notam vocem ex Colum. 12, 49, 3. 12, 11, 2. ἀπόμελι Diosc. 5, 17. mulsae aquae genus. mellacium tempore Nonii Marcelli p. 379. a. dicebatur quod antea sapa. — defreti, defrethi codd. defruti ed. pr. 67. — exierit exstiterit, evaserit, cf. Wopkens ad Hygin. fab. 84. p. 161. corr. pro fuerit, effuerit, exuerit. magis placeat aliis in fat. exierit. — ut bull. codd.

ad 146. deest in ed. pr. — lagitis, lagatis. legatis, ligatis cod 141. — supple quaedam ex 140.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

147. Patina zemate garoeneo: crudos quoslibet pisces in patina conpones, adicies oleum, liquamen, vinum coctum, fasciculum porri, coriandri. dum coquitur, teres piper, ligisticum, origani fasciculum, de suo sibi fricabis, suffundes ius de suo sibi, ova cruda dissolves, temperas. exinanies in patinam. facies ut obligetur. cum tenuerit, piper aspargis et inferes.

148. Patina solearum: soleas battues et curatas conpones in patina, adicies oleum, liquamen, vinum. dum coquitur, teres piper, ligisticum, origanum, fricabis, suffundes ius, ova cruda et unum corpus facies. super soleas refundes, lento igni et coques. cum duxerit, piper aspargis et inferes.

ad 147. sic ex codicum zomote ganonas, zomote ganone, zomore ganona, zamoraeganonas et adhibito „garoeno“ 149. pro Hum. p. piscium zomoteganite effeci ut sit *ζέματι γαροινίνῳ*, iusculo inprimis ex garo et vino quod constat. zema *ζέμα* esse *ζωμόν*, *ζώμευμα* Dufresne Gloss. T. VI. p. 933. iam docuit. — vinum coctum ut Edict. Dioclet. 2, 15. est decoctum, *ἕψημα οἴνου*, *ἐφθός οἶνος* Hippocrat. p. 359, 6. Athen. 1, 57. siraeum, sapa aliorum, Plin. 14, 80. Hermann Gr. Privatalt. §. 26, 7. — de suo sibi secum ipsis, seorsim, melle non addito 209. 399. ius de suo sibi illud in quo pisces coquuntur, patinarium 165. sic Colum. 12, 42, 2. mala in suo sibi iure decoquuntur. satis nunc constat „sibi“ cum „suus“ sermonem rusticum iungere. — tenuerit 159. duxerit 140. 148. 205. 367. strinxerit 151. vel i. q. concreverit velut aut constiterit, strinxerit, coierit.

ad 148. ex Plin. 9, 68. „circa Ebusum salpa principatum obtinet, obscenus alibi et qui nusquam percoqui possit nisi ferulo verberatus“ olim malui salparum et salpas. nunc confero iocum Plauti Casin. 2, 8, 60. „soleas? qui quaeso potius quam sculponeas quibus batuatur tibi os“. is piscis delicatus nobis dicitur adhuc sohle estque systematis pleuronectes solea. — battuere, unde barbari fecerunt battere, battidere, Galli battre, Plinii est ferula verberare.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

149. Patina de piscibus: piperis unciam, garoeni eminam, conditi eminam, olei unc. II.

150. Patina de pisciculis: uvam passam, piper, ligisticum, origanum, cepam, vinum, liquamen, oleum, transferes in patellam. cum cocta fuerit, adicies in ipsam pisciculos coctos, amolo obligas et inferes.

151. Patina de piscibus: denticem, auratam et mugilem accipies, curatos subassabis, postea eos in pulpam carpeas. deinde hostrea curabis; adicies in mortarium piperis scripulos VI. suffundes liquamen, fricabis, postea adicies liquaminis ciatum unum, vini ciatum unum. mittes in caccabum ut olei unc. III. et hostrea. oenogarum facies fervere. cum fervuerit, patinam perunguis et in pulpam suprascrip-

ad 149. garoeni oecogari 43. caroeni par. et Hum. sic variant 43. cf. 147. conditi vini pipere, melle et aliis odoribus concinnati 119. 258. 383. Plin. 14, 108. *μυρινίτου* seu *μυρίνου οἴνου*, Hermann Gr. Privatalt. §. 26, 8. 9. Niclas ad Geopon. 8, 31. cf. comp. 1.

ad 150. pisciculi cocti a Graecis *ἐψητοὶ* dicuntur, Meineke ad Alciphr. p. 86. — transferes ut 139. cocta patella i. e. res in eam missae. malim coctum.

ad 151. dentix seu dentex ut 471. Ovidii hal. 108. synodon i. e. *συνόδων*, *συνόδους*, Athen. 7, 119. *συναγελὶς*, hodiernae Italiae dentale, Okenii sparus dentex, zahnbrasse. cf. Colum. 8, 16, 2 et 8. aurata ut 473. 474. seu orata, Fest. in voc. Xenophanis ap. Ideler. Corp. medic. 1 p. 125. et aliorum *χρυσόφρυς*, a superciliis aureis dictus piscis, quia in capite auri colorem habet, ait Isidorus 12, 6, 6. sparus aurata Lin. goldbrasse, goldbütte. eo admodum delectatum Sergium indeque cognominatum Auratam vel Oratam dicunt veteres, Ian ad Macrob. sat. 3, 15, 2. mugil ut 436—438. mugil cephalus, ital. cefalo et muggine, germ. meeraesche. — carpeas 96. pulpas piscium coctorum concerpas, particulatim concidas. — „ostrea curare“ est sphondylos demere et pulpas sive carnes molles usui servare, ostrea

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tam mittes, exin [condituram de hostreis] facies ut ferveat. cum fervuerit, franges ova XI. infundes supra hostrea. cum strinxerit, piper aspargis et inferes.

152. Patina de pisce lupo: teres piper, ciminum, petrosilinum, rutam, cepam, mel, liquamen, passum, olei guttas.

153. Pisces scorpiones rapulatos: coquis in liquamine et oleo et cum in mediam venerint cocturam, tolles. rapas elixas, madidas et minutissime concisas manibus depressabis, ut umorem non habeant, et cum pisce obligas et bulliat cum oleo abunde. et cum bullierit, teres ciminum, lauri bacam dimidiam, addes propter colorem crocum. amolabis de oridia propter spissitudinem. superfundes et tunc inferes. addes modicum acetum.

enim eatenus circumcidebantur qua edebantur, Senec. ep. 15, 3, 27. — simile ius 128. de liquamine bis adhibito ibidem. cf. et 169. — exin corr. pro et in. compositio haec videtur: oenogarum fervefactum, constans ex pipere, liquamine, vino, oleo et ostreis, super pulpas subassatas denticis, auratae et mugilis in patinam mittitur cumque id ferbuerit, ova cruda infunduntur et cum totum strinxerit seu bene duxerit, in unum coactum fuerit (ad 147), pipere asperso infertur. condituram de hostreis interpretamentum vocis oenogarum habeo. super hostrea super condituram de hostreis et pulpam.

ad 152. lupus perca labrax Lin. λάβραξ Athen. 7, 86. 87. Lucian. piscat. 48. ad Horat. serm. 2, 2, 31. meerwolf adhuc audit.

ad 153. ea compositio cum sequentibus ad 165. sunt ex Excerptis. scorpio ut 475. Aristotelis aliorumque σκορπίος, Plinii 32, 151. scorpaena, Okenii scorpaena porcus, drachenkopf. rapulatos ex rapulis s. rapis praeparatos. lexicis adde. cocis cod. de qua vera verbi forma alii dixerunt. cum mediaverint coctura cod. in absorptum addidi et correxi ex 369. ut umorem non hab. ut exbromentur 216. et cum corr. pro etiam. — bullivit cod. ad 50. dimi-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

154. Pisces frixos cuiuscunque generis sic facies: teres piper, coriandri semen, lasaris radicem, origanum, rutam, cariotam, suffundes acetum, oleum, liquamen, adicies defrictum. haec omnia temperabis et in caccabulum mittes et ferveat. cum calefeceris, eosdem pisces superfundes. asparso pipere et inferes.

155. Item pisces frixos sic facies: teres piper, ligisticum, bacam lauri, coriandrum mellique, vino, passo vel caroeno temperas. coques igni lento, amolo oridiae obligas et inferes.

156. Pisces assos: teres piper, ligisticum, satureiam, cepam siccam, suffundes acetum, adicies cariotam, anetum, ovorum vitella, mel, acetum, liquamen, oleum, defrictum. haec omnia in unum mixta perfundes.

157. Pisces in eleogaro: friges pisces. teres piper, ligisticum, rutam, condimenta viridia, cepam siccam, adicies ex oleo liquamen et inferes.

diam partem, dimidio minus quam cuminum. oridia oryza 52.

ad 154. cuiuscunque gen. 143. — radices cod. cf. 37. 191. 372. Colum. 12, 59, 4. ex cuius 12, 7, 4. „paucas radiculas laseris quod Graeci σίλφιον vocant adici“ codicis lectio fortasse defendenda. defritum cod. — temperabis in unum 155. 158. misces 156. asparso cod. sicque passim mei a simplicis servant in eo verbo, unde servavi, idem fecit Sillig in Plin. 20, 55. Hildebr. ad Apul. 1. p. 18. 301. 302. 662. —

ad 155. ligusticum et vinu, passu, carenu, lentu, amulo, oridia cod. id ius super pisces frixos funditur 154. 156. 158 idem faciendum 157.

ad 156. saturegia cipam cod.

ad 157. inotogonon, in otocano cod. et 159. meum „eleogarum“ est garum seu liquamen ex oleo. ex absorptum addidi ex 400. sic enim medici loquuntur in mixturis indicandis, liquamen oleo mixtum 250.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

158 Sardas sic facies: teres piper, ligistici semen, origanum, cepam siccam, ovorum coctorum vitella, acetum, oleum. haec in unum temperas et perfundes.

159. Item pisces in eleogaro: a crudo pisces quos volueris lavas, conponis in patina, mittis oleum, liquamen, vinum, fasciculos porri et coriandri. coquitur. teres piper, origanum, ligisticum et fasciculos quos elixasti teres et suffundes inpensam de patina. facis ut obliget. cum bene tenuerit, pipere asparso inferes.

160. Mullos anecatos sic facies: rades pisces, lavabis, in patina conpones, adicies oleum, liquamen, vinum, fasciculos porri et coriandri, mittes ut coquatur. adicies piper in mortarium, fricabis, adicies oleum et parte aceti, vino, passo temperabis. traicies in caccabum, ponis ut ferveat. amolo obligabis et patinam piscium perfundis. insuper piper aspargis.

ad 158. cettorum cod. sic coctana et cottana variant 51.

ad 159. de lemmate ad 157. crudo cruore. inpesa cod. fortasse est in pensam, ut noster dicit 252. in aequam, ad aequam 54. sic perpensa cura in Cod. Theodos. perpensa deliberatione ap. Ammian. 22, 9, 2. pensiculate, iusto examine. quod si verum, de patella est quod ius de suo sibi 161. 147. — inferebis cod. — tenuerit 147.

ad 160. anetatos cod. aneto non adhibito locum non habet. meum anecatos est submersos. iure copertos 162. pisces scil. in patina ex iure cocti iure in caccabo cocto altero perfunduntur. de eo mediae aetatis verbo ex „enecare“ orto cf. Ducange I. p. 252. in anegare, Diez lex. d. rom. spr. p. 237. in negare. — lababis in patinam c. cod. et vinu — in mortario frec. — traicies in cabo. — parte aceti i. q. aceto modico 174. cf. 297. conicias partem ut intellegatur ὀξέλαιον e quo editur apud medicum anonymum Ideleri Physic. min. II p. 261, 9.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

161. Aliter mullos: rades, lavas, conponis in patina, adicies oleum, liquamen, vinum, in coctura fasciculum porri et coriandri, inponis ut coquatur. teres piper, ligisticum, origanum, adicies de iure suo [hoc de patella], vino, passo temperas mittis in caccabum, ponis ut ferveat. amolo obligabis et patellam postea perfundes, piper aspargis et inferes.

162. Murenas aut anguillas vel mullos sic facies: purgabis, conpones in patina diligenter. adicies in mortarium piper, ligisticum, origanum, mentam, cepam aridam et fundes vini acetabulum, liquaminis dimidium, mellis tertiam partem, modice defrictum ad clucliare. debent autem hoc iure coperi, ut super cocturam supersit aliquid iuris.

163. Locustas et squillas: teres piper, li-

ad 161. codicis adices oleo fortasse est adic'e ex oleo, ut sit eleogarum. — fasculum cod. volebat librarius fasciculum ut 165. — hoc de pat. glossatoris verba ex 159. cf. „id“ 120.

ad 162. effundes vinu acetabuli cod. et ad clucliare, ad quam syntaxin adhibeas Apulei T. II. p. 212. „ad contingere“, nisi malis ad dulcorem, ut erat verbum dulciare et dulcare (Dufresne II p. 960.) cum compositis edulcare, indulcare, obdulcare e. g. apud Cael. Aur. tard. 4, 1. „coquentes atque obdulcantes sale et oleo“ et 3, 8. „salsum obdulcatum“ et condulcare in Vulgata Siracid. 27, 26. sic alterum fuisse videtur clucliare seu clucidare (clucidatus Naevio in Fragm. Comic. p. 15. restituit Scaliger) vel potius glucliare et glucidare (in huius verbi familia g firmatur nominibus *γλεῦκος*, *ἀγλευκὴς* et sanscr. gulja i. e. dulcis) gr. *γλυκίδδειν*, i. e. *γλυκίζειν*, *γλυκάζειν*, *γλυκαίνειν*. cf. Fest. p. 55, 11. 98, 10. ex antiquo more, de quo etiam Salmas. in Solin. p. 51. c pro g positum esse observavit Mueller ad eius corgo p. 37, 6. cerrones 40, 6. cuturnium 51, 1. Cermalus 55, 4. culliola 50, 12. cracentes 53, 7. — defritu — cotturam cod. — coperi codicis est cooperiri, ad 63. — super c. inter coquendum, Muetzell ad Curt. 6, 43, 27. an supra c.?

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

gisticum, api semen et fundes acetum, liquamen, ovorum vitella et mixta in unum perfundis et inferes.

164. Pisces elixos: teres piper, ligisticum, api semen, origanum, suffundes acetum, adicies nucleos pineos, cariotam quod satis sit, mel, acetum, liquamen, sinape. temperabis et uteris.

165. Patina solearum ex ovis: rades, purgas, conponis in patina, adicies liquamen, oleum, vinum, fasciculum porri et coriandri semen. mittis ut coquatur. teres piper modicum, origanum, suffundis ius de suo sibi, adicies vinum, decem cruda ova dissolves et in unum corpus facies. traicies in patinam super soleas. ad ignem lentum pones ut decoquat et cum duxerit, piper aspargis.

166. Patina de sorbis calida et frigida: accipies sorba, purgas, in mortario fricabis, per colum colabis. cerebella enervabis quattuor cocta, mittes in mortarium, piperis scripulos VIII. suffundes liquamen, fricabis. adicies sorba, in se contemperabis, franges ova VIII. adicies ciatum liquaminis unum. patinam mundam perungues et in termospodio pones et sic eam inpensam mittes ac subtus supra termospodium habeat. cum cocta fuerit, piper minutum aspargis et inferes.

167. Patina de persicis: persica duriora purgabis, frustratim concides, elixas, in patina con-

ad 163. lucustas et isquillas cod. ex more Italorum qui vocibus in fronte s, sq habentibus i praeponunt. — effundes ut 162.

ad 164. gariota cod.

ad 165. soliarum ex obis — patinam — olei — quoquatur — iux suo s. ad. vin. dicem — dequocat cod.

ad 166. purgas semina eximis, Colum 12, 42, 1. detrahis semen 12, 48, 4. ubi item conteruntur. — sorba illa colata.

ad 167. piscis et piscibus codd. — malim duracina 26. 74. 184.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

pones, olei modicum superstillabis et cum ciminato inferes.

168. Patina de piris: pira elixa et purgata e medio teres cum pipere, cimino, melle, passo, liquamine, oleo modico. ovis missis patinam facies. piper super aspargis et inferes.

169. Patina urticarum calida et frigida: urticam accipies, lavas, colas per colum, exiccabis, in tabula eam concides. teres piperis scripulos X. suffundes liquamen, fricabis. postea adicies liquaminis ciatos II. olei unc. VI. caccabus ferveat. cum fervuerit, coctum tolles ut refrigescat. postea patinam mundam perungues, franges ova octo et agitabis. perfundes. subtus supra cinerem calidum habeat. coctum, piper minutum aspargis et inferes.

170. Patina de cidoneis: mala cidonea cum porris, melle, liquamine, oleo defricato coques et inferes, vel elixata ex melle.

171. [Minutal de piscibus vel isiciis.] Minutal marinum: pisces in caccabum, adicies liquamen, oleum, vinum, coctura porros capitatos, coriandrum minutatim concides isiciola de piscibus minuta facies, et pulpas piscis cocti concapis,

ad 168. pyris, pyra ed. pr. Hum. — e medio intrinsecus 174. — forte ovis mistis seu mixtis.

ad 169. urticarum non rusticarum 102. sed marinarum, quae bene lavantur 171. a suco viroso et urente. si eam compositionem recte intellego, cum iure scripto ova in patina fracta coagitantur posteaque id ius super urticam funditur. — coctum cum fuerit. coctam codd. an coctae p?

ad 171. minutal, περίχομμα, edulii genus „vocatum, quod fiat de piscibus et isiciis oleribusque minutatim concisis“. Isidor. 20, 2, 29. unde „varium“ Martiali 11, 32, 11. marinum ex piscibus marinis 37. et urticis marinis concinnatum. — mit-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

urticas marinas bene lotas. mittes. haec omnia cum cocta fuerint, teres piper, ligisticum, origanum, fricabis, liquamen suffundes, ius de suo sibi. exinanies in caccabum. cum fervuerit, tractam confringes, obligas. cum fervuerit, agitas. piper aspargis et inferes.

172. Minutal terentinum: concides in caccabum albamen de porris minutatim, adicies oleum, liquamen coctura isiciola valde minuta et sic temperas ut tenerum sit. — isicium terentinum facies, inter isiciam confectionem invenies —. ius tale facies: piper ligisticum, origanum, fricabis, suffundes liquamen, ius de suo sibi, vino et passo temperabis. mittes in caccabum. cum fervuerit. tractam confringes, obligas. piper aspargis et inferes.

173. Minutal apicianum: oleum, liquamen, vinum, porrum capitatum, mentam, pisciculos, isi-

tes ad ignem. — in ut absorptum ante „coctura“ et 172. 174. 175. 177. olim addidi ex 1 et 161. 289. at cf. 399. 400. — concapitis γ. cum cepis ζ. cum caparis ed. pr. unde Hum. fecit concerpis in frusta concidis. — lacuna quae in cod. ϰ a §. 70. est hic finem habet. — obligas ex ea tracta 174—177. — cum ferv. tanquam superflua expunxit Hum. et om. ζ ut „agitas“ et totam §. 172. — agitas coagitas cum impensa supra scripta 173.

ad 172. nomen habet ab isicio terentino s. tarentino, de quo docuit 53. — albamen 59. — vel dem. codd. — inter isicia cod. γ. reliquorum adiectivum et 138. sic inter lepores 177. demonstrabimus inter arbores, Plin. 14, 127. dicemus inter medicas 19, 128. 24, 81. inter frutices 20, 165. in harundine 17, 153. in metallis 29, 118. in oculis 32, 136. sicut in pecoribus proposui, Cels. 5, 28, 16. in libris agriculturae. — tracta codd. praeter ed. pr. et Hum. — excidisse videtur „agitas“ 171.

ad 173. codicum caprorum est vel caprorum hircorum excastratorum, ἐκτομίων, vel caponum gallinaceorum saginatorum, semimarium caporum, qui olim aliter castrabantur testibus

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

ciola minuta, testiculos caponum, glandulas porcellinas. haec omnia in se coquantur. teres piper, ligisticum, coriandrum viride vel semen, suffundes liquamen, adicies mellis modicum et ius de suo sibi, vino et mello temperabis. facies ut ferveat. cum fervuerit, tractam confringes, obligas. coagitas. piper aspargis et inferes.

174. Minutal matianum: adicies in caccabum oleum, liquamen, coctura concides porrum, coriandrum, isicia minuta, spatulam porcinam coctam tessellatim concides cum sua sibi tergilla. facies ut simul coquantur. media coctura mala matiana purgata intrinsecus, concisa tessellatim mittes. dum coquitur, teres piper, ciminum, coriandrum viride vel semen, mentam, lasaris radicem, suffundes acetum, mel, liquamen, defrictum modice et ius de suo sibi, acoeto modico temperabis. facies ut ferveat. cum fervuerit, tractam confringes et ex ea obligas. piper aspargis et inferes.

non exemtis, „sed ferro candente calcaribus inustis quae cum ignea vi consumta sunt, facta ulcera dum consanescant, figulari creta linuntur“ quae sunt verba Columellae 8, 2, 3. ex Varr. 3, 9, 3. cf. et Plin. 8, 77. 10, 50. Athen. 9, 33. Galen. fac. aliment. 3, 7. 21. Beckmann Erfind. V. p. 472—478. meae Antiqq. p. 601. not. a medicis passim commendantur, Theodor. Prisc. 2, 8. fol. 3ϙ3. b. ed. Ald. Medic. gr. ed. Ideler II p. 257, 20. 278, 7.

ad 174. nomen habet a malis matianis, quae ipsa non a loco dicta videntur, unde prius advecta, Athen. 3, 23. Isidor. 17, 7, 3. sed a C. Matio Augusti amico, Plin. 15, 49. Ian ad Macrob. sat. 3, 19, 2. p. 349. — spatulam p. ut 175 et 176. 177. et ap. Turpin. vit. Caroli M. 20. σπατάλην, σπάθην, palam, schulterblatt. cf. Dufresne VI. p. 318, a Diez. lex. d. rom. spr. p. 326. quare non est quod cum Lex. Forcell. corrigamus spathunam. — tessellatim et cessell. et cest. codd. et 175. 176. 177. — maziana codd. mattiana in Edict. Diocl. 6, 65. Hispani et Portugalenses adhuc vocant

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

175. Minutal dulce ex citriis: adicies in caccabum oleum, liquamen, coctura porrum capitatum, concides coriandrum minutatim, spatulam porcinam coctam et isiciola minuta. dum coquitur, teres piper, ciminum, coriandrum viride vel semen, rutam viridem, lasaris radicem, suffundes acetum, defrictum, ius de suo sibi, acoeto temperabis et ferveat. cum fervuerit, citrium purgatum intro foras, tessellatim concisum et elixatum in caccabum mittes. tractam confringes et ex ea obligas. piper aspargis et inferes.

176. Minutal ex praecoquiis: adicies in caccabum oleum, liquamen, vinum, concides cepam ascaloniam aridam, spatulam porcinam coctam tessellatim concides. his omnibus coctis teres piper, ciminum, mentam siccam, anetum, suffundis mel, liquamen, passum, acetum modice, ius de suo sibi, temperabis. praecoquia enucleata mittes. facies ut inferveat donec percoquantur. tractam confringes et ex ea obligas. piper aspargis et inferes.

manzana et mazaa. — acoeto 69.

ad 175. dulce gratum et palato acceptum, suave gustu. — citriis citrinis cucumeribus 75. — viride add. ex 173. 174.

ad 176. praecoques in sex codd. praecoquiis 184. dicuntur ea mala vel pira praecoqua Martiali 13, 46. praecocia, praecoca Edict. Diocl. 6, 58. a nominativo praecox, praecoquis et praecoquus (Hild. ad Apul. II p. 606. 607. Ian ad Macrob. sat. 3, 19, 2 Forcell. in praecox. sic aulicocia et aulicoqua ap. Fest.). inde Graeci fecerunt πραικόκια Diosc. 1, 165. Galen. fac. alim. 2, 26. T. 6. p. 785. βρεκόκκια et βερίκοκκα medicus ap. Ideler II. p. 262, 29. 267, 5. cf. Geoponic. 10, 73. 2. Itali arbicocco et precoche (vilior species mali persici), Romani cum articulo arabico albercocco, albaricoque, albricoque Galli denique abricot. cf. Diez lex. d. rom. spr. p. 9. Schwenck Woerterb. d. deutsch. spr. p. 22. opponuntur seris seu serotinis. — mittes in eun-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

177. Minutal ex iocineribus et pulmonibus leporis: invenies inter lepores quemadmodum facies. adicies in caccabum liquamen, vinum, oleum, coctura porrum et coriandrum concisum, isicia minuta, spatulam porcinam coctam tessellatim concisam et in eundem caccabum mittes. dum coquitur, teres piper, ligisticum, origanum, ius de suo sibi, vino et passo temperabis. facies ut ferveat. cum fervuerit, tractam confringes et ex ea obligas. piper aspargis et inferes.

178. Minutal ex rosis: eodem iure suprascripto, sed passum plus adicies.

179. [Tisanam vel sucum] Tisanam sic facies: tisanam lavando fricas quam ante diem infundis, inpones supra ignem calidum. cum bullierit, mittes olei satis et aneti modicum fasciculum, cepam siccam, satureiam et puleium, ut ibi coquantur. propter sucum mittes coriandrum viride et sa-

dem caccabum. — inferveat ex γ ed. pr. pro inferveant et ferveant.

ad 177. deest in ϑκ. — tale edulium Graecis dicitur μίμαρκυς. inter lepores 399. de ratione dicendi ad 172. — porrorum codd.

ad 178. videntur eadem poma quae in Edicto Diocl. 6, 68. inter mala locum habent et in lex. Facciol. explicantur mala rosea, mela rosa hodiernae Italiae, sic dicta ob „roseos flores similes floribus mali punici“ Isidor. 17, 7, 6. unde Martial. 1, 43, 6. „imitata breves punica grana rosas“, vel ῥοδάκινα Medic. min. ed. Idel. I p. 416, 14. II p. 267, 4. 269, 16. seu δωράκινα persica Geopon. 10, 13, 15. cum interp. et Cornar. ad Aeginet. 1, 81. p. m. 706. nobis melotten, cartomelen, marillichen, marillen. etiam de bacis rosae caninae cogitabam. — passi par.

ad 179. repetita 208. ptisanam Hum. ex ed. pr. pro codicum meorum scriptura recentiore, qua etiam Italorum Tolemaeus, silotrum est, sunt libri Nonii p. m. 378 Isidori 20, 3, 21. Plinii Val. 2, 37. in. Silligius Plin. 18, 71. 74. 20, 46. 21, 165. al. — ig. calidum cinerem calidum. — coloedium

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

lem simul tritum et facies ut ferveat. cum bene fervuerit, tolles fasciculum. et transferes in alterum caccabum tisanam sic ne fungum tangat propter combusturam. lias et collocas in caccabo super acronem colefium. teres piper, ligisticum, puleii

codd. coledium ed. pr. colevium codd. 208. in uno par. puleium, pro qua forma est poleium ap. Isidor. 17, 9, 59. unde polei. — colocasium Hum. cuius rotulae ad ius adduntur 218. colifium explicant panis azymi crustam. idem vel simile nomen mox redit sic scriptum: colefrim, colefrium. coloefium, colovium, coloesium, colonium, colosium, coloestium, colitium, colofium, coloefrium, coloefrim, coloephrim, colesum, coefinum ap. Pelagon. p. 41. Hum. iterum scripsit colocasium, cuius folia latissima esse testatur Plinius 21, 87. carnosa et spissa Theophr. hist. pl. 4, 8, 7. sponte ac natura concava, paterae, petasi, catini et scyphi formam referentia Strabo 17, 1, 15. cf. Salmas. in Solin. p. 679 seqq. non male, cum sic folia malvarum substernuntur et coctura finita tolluntur 181. illa esse adiectivum graecum latina terminatione datum argumento esse credunt, cum ἄκρων summum colocasii caulis verticem tenerum, ciborium Dioscor. 2, 128. „iungen blatttrieb“ Dierbach Flor. apic. §. 40. κορυφὴν seu κεφαλὴν, capitulum significet. equidem aliud solum caccabi commendem suadens legatur colepium s. colefium, colephium, coliphium, quod callum tergorium, schwarte, speckschnitt, et colicium, colenium, κωλίκιον, κωλῆνον, κωλήνιον ap. Suid. II. p. 374. dicitur, cf. interpp. ad Iuvenal. 2, 53. eiusque Schol. p. 342. 343. et κάλλοψ Eustathio ad Od. 21, 407. p. 1915, 17, est ταύρου ἐπαυχένιον δέρμα, παχὺ δέρμα Geopon. 19. 6, 3. cum nota, ut cum adiectivo sit ἀκροκολήπιον, acrocoliphium, callum, quod supponere solent nostri coqui carotis et cucumeribus coquendis, populi orientales pulticulae cui nomen pillaw. apud Veget. 2, 28, 17. habes acronem salsum porci pinguis i. e. trunculum suis, qui ἄκρων χοίρειος dicitur, cf. ib. 5, 65, 2. 6, 8, 1. ἀκροκώλια extremas partes, ut pedes, passim habemus. — forte iungendum „ut ibi coquantur propter sucum“. — pro codicum ligas et 185. 186. 194, scripsi lias lyas, liquas, in humorem resolvis et liquidum hu-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

aridi modicum, ciminum et silfi frictum — ut bene teratur, suffundis acetum — defrictum, liquamen. refundis in caccabum, sed colefium acronem. facies ut ferveat super ignem lentum.

180 Tisanam farricam: infundis cicer, lenticulam, pisam. defricas tisanam et cum leguminibus elixas. ubi bene bullierit, olei satis mittis et super viridia concidis porrum, coriandrum, anetum,

mectiusque reddis 186. — silfi codd. et 180. sed sil 208. quod passim reduxit Hum. de silis semine interpretans, ad 35. Gargil. cur. boum p. 22. 23. — teratur corr. pro tegatur et 208. nisi malis regatur administretur. — ad absolutum „suffundis“ cf. 181. 346. forte „mel“ addendum ex 208. id enim vulgo additur, ut melius teratur 245. — acronem in fundo pones. conieci olim acronem iacies et fac. ut sit „ante tolles“ 181.

ad 180. eadem fere compositio, sed sine lemmate, repetitur 209. tisana modo fundamentum est huius edulii recentioris eiusque ex artis medicae praeceptis nati. — tis. barricam codd. tarichan i. e. salsam, iusulse scripsit Hum. meum farricam est i. q. farraciam, ex farre triticeo, farris enim species mihi est triticum alexandrinum et interpretor tisanam ἀθήραν seu θήραν (Sturz Dial. macedon. p. 91. Osann ad Philem. p. 291.) Aegyptiorum, quae puls testibus Hieronymo Opp. coll. 543. ed. Mart. et Cassiano in Collat. 15, 10. ex farre, secundum Polluc. 6, 62. et Hesych. in voc. ex tritico fit. τράγον, similem pulticulam, ex olyra generosa ut e tritico alexandrino macerato, decorticato et siccato fieri dicunt Geoponici 3, 8. — malui olim porricam porraceam, a porro conciso quae nominetur, et porriciam prosiciam, a prosectis herbis. defricas ed. pr. Hum. et 209. codd. lavando fricas 179. defrixas codd. — super insuper, praeterea. — an., feniculum mollem tribus nominibus omissis 209. ni scribere malis betae, malvae col. interpretans betacium et malvacium (Arnob. 4, 10. mea Olera p. 50 - 53) intellegas vel Martialis 13, 101. prototomos coliculos, virentes 5, 78, 7. qui generis oleracei, brassicae (Galen. fac. alim. 2, 58.) primae et sequentis

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

feniculum, betam, malvam, coliculum mollem et viridia minutatim concisa in caccąbum mittis. Coliclos elixas. et teres feniculi semen satis, origanum, silfi (piper), ligisticum. postquam triveris, liquamine temperabis et super legumina refundis et agitas, coliclorum minuta super concidis.

181. Gustum versatile: albas betas minutas, porros requietos, apios, bulbos, cocleas elixas. gigeria pullorum, aucellas, isicia coques ex iure. perunguis patinam et folia malvarum substernis et promixta olera conponis sicut laxa, permiscis bulbos inversos, damascena, cocleas, isicia, lucanicas

qualitatis in Edicto Diocl. 6, 9. 10. de quibusque satis dictum inter Olera p. 35. vel feniculi coliculum m. qui ut apii apud Colum. 12, 7, 1. in usum colligitur. culiculum molle in omnibus fere codd. — viridi codd. viride ed. pr. in qua una est minutatim pro minuta codicum qui 209. mina offerunt. — elixas ex 209 pro elixos. lacuna in ζ pro ea voce. — quae sequuntur aromaticae herbae sunt aridae. — triveris ex 209. cum Hum. pro tribueris. — agites coagites. — coliculorum illorum interim coctorum. — minutas codd. minutias Hum. interpretans praecisuras particulasque in quas concisi sunt coliculi.

ad 181. gustum s. gustus, gustatio Petronii 21. 31. gustulum Apulei met. 2, 10. γεῦμα (ad Hesych. in voc.), est ferculum quod gustatur, dictum ab excellentia saporis et splendidiore apparatu hincque potissimum de ientaculo usurpatur et converti potest voressen, eingang, comparari Gallorum ragoût, plat de goût, geschmackspeise, Italorum sapore. cf. 182. 183. 184. Athen. 4, 17 fin. 4, 19. 6, 47. 14, 83. ματτύης seu ματτύας, de adiectivo ad 122. — ablatas bet. par. et ed. pr. quas explicabam translatas, versetzte, ex Plin. 19, 133. 135. vel perceptas, in horreum collectas, ex Diezii lex. d. rom. spr. p. 53. quae responderent porris requietis, quibuscum betae et 62. iunguntur. — apios virides 48. cum suis radicibus 65. apii hortensis, graveolentis Lin. bulbos, selleriewurzel, selleriekoepfe, vel speciei italicae, quae in Hispania dici-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

breves concidis. liquamine, oleo, vino, aceto ponis ut ferveat. cum fervuerit, teres piper, ligisticum, gingiber, piretrum modicum, fricabis, suffundis et facies ut bulliat patina. ova conplura confringis et ius mortarii reliquum conmoves, conmiscis, patinam obligabis. Dum ducis, oenogarum ad eam sic fa-

tur apio dulce, integras plantas. Rumohr Geist der kochkunst p. 121. „von der italienischen art welche keine knollen ansetzt, mehr in die blätter schiesst und milder schmeckt, isst man die ganze pflanze, wurzel und blätter gesotten oder gedaempft als zugemüse". — vulvos et volvos, vulpos et vulbos, pulvos et bulvos codd. et 182. 309—313. 384. „bulvas" in libris Macrobii sat. 7, 14. 1. coll. Isidor. 17, 9, 15. 88. 17, 10, 19. πολφοὶ βολβοὶ Erotian. Gloss. Hippocr. p. 314. ut variant in vulva et bulba 54. Macrob. sat. 3, 18, 6. cod. salmas. ap. Sillig. Plin. T. V. p. XXXIV, 22. 12. boletar et vol. 53. vervex et berbex ap. Petron. 57, 2. Vopisc. Aurel. 50. et in sexcentis aliis, etiam in inscriptionibus. cum vero Isidorus 19, 8, 88. 17, 10, 19. dicat „volvi dicti quod sint volubiles et rotundi", ex cogitatione Romanorum praestare videtur volvus s. vulvus. designatur ab Apicio, ut Arnob. 7, 16. al. peculiare quoddam genus ab antiquis ad cibos adhibitum, praecipue in coenis nuptialibus 311. quia Venerem stimulabant teste Sereno Samon. 688. Martial. 13, 34. cui 3, 75, 3. dicuntur salaces, ut Cael. Aurel. chron. 2, 1 p. 110. pruriosi (male ibi legitur „squilla quam vulgo vulum pluriosum vocant"). agrestis est et adhuc a messoribus graecis eodem nomine βολβὸς vel βορβὸς servato editur, hyacinthus comosus L. muscari comosum Willd. muskhyacinthe, schopfhyacinthe. cf. Salmas. Hyl. iatr. c. 114. interpp. ad Erotian. l. l. p. 108. Sprengel ad Theophr. 1, 6, 7. Diosc. 2, 200. Dierbach Flor. apic. §. 30. Ian ad Macrob. II. p. 626. fabrilis 384. — gigeria iam Hum. scripsit pro gingibera, ad 141. — aucellas codd. ut 372. 194. 200. Hum. correxit avicellas. aucella vel aucilla (Apulei met. 9, 33. p. 840.) est diminutivum vocis auca, unde Gallorum oison (Dufresne Gloss. in voc. 1. p. 476. Diez lex. d. rom. spr. p. 241. 242. 362. 363. 464) et significat quamlibet aviculam, ut ital. uccello, hod.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

cies: teres piper, ligisticum, fricabis, suffundes liquamen et vinum, passo temperabis vel vino dulce, temperabis in caccabulo, mittis olei modicum. facies ut ferveat. cum fervuerit, amolo obligas. patinam versas in lancem, folia malvarum ante tollis, oenogaro perfundis, insuper piper aspargis et inferes.

182. Gustum de oleribus: condies bulbos liquamine, oleo et vino. cum cocti fuerint, iscinera porcelli et gallinarum et ungellas et scellas divisas — haec omnia cum bulbis ferveant. cum fer-

graec. πουλίον, turdum, ficetulam, miliacam (κέρχνην grauammer cf. Kaercher Etym. beitr. 4 p. 45.) — ex iure iuste 54. — promixta vel promisca iam 141. corr. pro praemixta. — laxa laxata, cocta isicia, gigeria cet. — inversos non versos, non mutatos, non concisos, integros. olim explicabam ex Theophrast. hist. pl. 7, 12, 9. — damascenas codd. et 280. — piretrum et peretrum, pirretrum, pyretrum, pyrethrum codd. et 45. 272. 274. 369. pyritrum in Aethico Hieronymi 55, 14. officinarum pyrethri radix, gall. pyrèthre, ital. pilatro, hisp. pelitre, nobis bertramwurzel, quae quia gustu fervidissimo est, γευσαμένῳ πυρωτικωτάτη Diosc. 3, 78. et supra 45. minimum addatur suadet coquus. sic olim, nunc cum Dierbachio nostro Flor. apic §. 89. interpretor artemisiam dracunculum Lin. dragun, estragon culinarum. — suffundis 179. — commiscis ex quinque codd. — ducit ex 140. Hum. corr. pro ducis. quod sic defendam: coquus cum imperatore conferendus (Plaut. Trucul. 2, 7, 54. „si tu ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares“. Athen. 9, 22. vers. 43 seqq.) id gustum ducit, operi primario praeest, ut alii classem, ordines, funus, chorum, ludum ducunt, quod est principes, duces sunt, praesunt, vel cum poeta (cf. Athen. 1, 13 fin.) qui epos, carmen ducit. — dulce in quatuor, ad Gargil. cur. boum p. 41. 42.

ad 182. oleribus mendosa lectio videtur, cum de bulbis dicatur. conieci vel aliis rebus, vel balearibus scil. bulbis, ex Plin. 19, 94. — ungellas ungulas, extremas partes pedum suillorum, quae numerandae in ἀχροχωλίοις et saepius in

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

vuerint, teres piper, ligisticum, suffundis liquamen, vinum et passum ut dulce sit, ius de suo sibi suffundis. revocas in bulbos. cum fervuerint, ad momentum amolo obligas.

183. Gustum de cucurbitis farsilibus: cucurbitas a latere subtiliter ad modum tessellae oblongae decidas et excavas et mittis in frigidam. inpensam ad eas sic facies: teres piper, ligisticum, origanum, suffundes liquamen, cerebella cocta, teres, ova cruda dissolves et misces, ut unum corpus efficias, liquamine temperabis. et cucurbitas suprascriptas non plene coctas ex ea inpensa inples, de tessella sua recludis. surclas. et coctas eximis et frigis. oenogarum sic facies: teres piper, ligisticum, suffundes vinum et liquamen, passo temperabis, olei modicum mittes in caccabum et facies ut ferveat. cum fervuerit, amolo obligas. et cucurbitas frictas oenogaro perfundis et piper aspargis et inferes.

184. Gustum de praecoquiis: pusilla praecoquia purgas, enucleas, in frigidam mittis, in pa-

cibis levioribus nominatae sunt ut 259. Cels. 2, 22. Athen. 3, 49. Casaub. ad 2, 64 p. 428. — scellas codd. per aphaeresin i. q. aucellas 181. vel intelleges rusticellas, iunge rebhühner, perdrix grises, quae Romanis rusticae gallinae dicuntur et perdices rusticulae, vel accelas acceias, beccasses Gallorum. scillis bulborum nobilissimis locus non est.

ad 183. farsilibus farsis, impensa impletis. — eas corr. pro eam. et misces ex 252. pro mittes. — et ex ea codd. — surclas pro surdas. literarum cl forma saepe habebatur d. ad 268. inde 191 turundabis, turunclabis. turuncabis. surclare est quod surculare, surculo alligare 207, infigere 319, ut sirpare est sirpicula alligare, utque pampinare a pampino, ruscare a rusco. surclus s. surculus est ramusculus, spinula lanceola et cuspidula, coquorum speil, spiesschen.

ad 184. praecoquiis

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tina conponis. teres piper, mentam siccam, suffundes liquamen, adicies mel, passum, vinum et acetum. refundis in patinam super praecoquia, olei modicum mittis et lento igni ferveat. cum fervuerit, amolo obligas. piper aspargis et inferes.

Incipit Apici Caeli ospreos.

LIB. V.

185. Pultes. Alicam purgatam infundis, coques. cum fervuerit, oleum mittis. cum spissaverit, lias. Adicies cerebella duo cocta et selibram pulpae quasi ad isicia friatae, cum cerebellis teres et in caccabum mittes teres piper, ligisticum, feniculi semen, suffundis liquamen et meri modicum et mit-

codd, ad 176. — duracina primotica pusilla p. in aliquot codd. sed duo priora adiectiva a margine venisse videmus ex π qui forte duracina ducenda primotica et ex ϑκ qui praecoquiis forte duracina dusilla praecoquia. C. Gesner in marg. sui exemplaris corr. praecocia. precoquia codd. praecoqua ζ Hum. et Schneidero qui conferendus ad Colum. 10, 410. „primotica" vox a glossatore addita est.

Ad librum V. qui in quinque inscribitur ostreo, in ed. pr. ospreon, codd. πζ talia omittunt, Hum. ed. osprios. etiam Grammaticis ut Etymologo M. p. 576, 48. ed. Lips. ὄσπρεον minus placet quam ὄσπριον, novum nomen ospreos ὄσπρεος est quasi ὀσπρεοδέκτης (quali modo liber quartus inscribitur παvδέκτης) vel ὀσπρεοδόχος, leguminarius, quod variorum leguminum pulmentaria et eorum condituras comprehendat et conficere doceat. de pulte ex leguminibus cf. quos laudat Hermann Gr. Privatalt. §. 24, 25.

ad 185. ea pulse sequenti simillima eamque ob causam ab Hum. omissa in codd. locum ante 190. habet. infundis in aquam 179. 208. Cat 76, 1. — ligas codd. obligas Hum. 186. meum lias est lyas, liquas, deli-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tis in caccabum supra cerebella et pulpam. ubi satis fuerit, cum iure misces. ex hoc paulatim alicam condies. sed ius ut quasi sucus videatur.

186. Pultes iulianae sic coquantur: alicam purgatam infundis, coques. facies ut ferveat. cum fervuerit, oleum mittis. cum spissaverit, lias. Adicies cerebella duo cocta et selibram pulpae quasi ad isicia friatae, cum cerebellis teres et in caccabum mittes. teres piper, ligisticum, feniculi semen, suffundis liquamen et vinum modice et mittis in caccabum supra cerebella et pulpam. ubi satis fuerit, cum iure misces. ex hoc paulatim alicam condies. sed ad trullam permisces et lias ut quasi sucus videatur.

187. Pultes iure oenogari cocti: pultes oenogari bene cocti iure condies [copadia]. similam sive alicam coctam hoc iure condies. et cum copadiis porcinis apponis oenogari cocti iure conditis.

quas, eliquas 179. — adicies in mortarium. — friatae corr. ex 38. pro liatae. — cum iure ex iure, iuste, ad 54.

ad 186. cf. ad 185 eae pultes non habebunt nomen a Iuliano Caesare, in eo enim ciborum parsimoniam praedicat Ammianus Marc. 21, 9, 2. Spartian. Did. Iul. 3. sed ab illo nescio quo cui debemus *γένος πλακούντων ἰουλιανὸν* ap. Athen. 14, 57. olim malui iurianae iurulentae, iure conditae. — et ad tr. codd. sic „ad cannam praecidere“ 263. pro solo ablativo, ad latrunculos ludere ap. Vopisc. Procl. 13. ad manum saltare, ad tibias canere, ad digitum pugnare, Drakenb. ad Liv. 7, 2, 10. sic *πρὸς αὐλὸν φθέγγεσθαι* et *αὐλῷ*. trulla est rührkelle. *Τορύνη* unde *τορυνητὸν* trua subactum et levigatum 375.

ad 187. sic Hum. ex ed. pr. codices sex contra non habent alterum „oenogari“ et cod. β. p. iure oeno cocti. p. beno cocti i. oenogarum coctum comparandum cum vino cocto 147. — ap. oenogari cocti Hum. correxit pro vitiosa ex compendio orta lectione ap. oenococti. de copadiis ad 59. —

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

188. Pultes tractogalatae: lactis sextarium et aquae modicum mittes in caccabum novum et lento igni ferveat. tres orbiculos tractae siccas et confringis et partibus in lac submittis. ne uratur, aquam miscendo agitabis. cum coctum fuerit, ut est, super inguen mittis.

189. Melle et musto si cum lacte similiter facies, salem et oleum minus mittis.

190. Lenticulam ex sfondilis sive fungulis: accipies caccabum mundum. adicies in mortarium piper, ciminum, semen coriandri, mentae, rutae, puleii, fricabis, suffundes acetum, adicies mel, liquamen et defrictum. aceto temperabis, reexinanies in caccabum, sfondilos elixatos teres et mittes

ad 188. tractogalatae pro tractogale ex 251. restituit Hum. i. e. ex tracta et lacte confectae. sic porcellum tractomelinum habes 375. malim tractolacteae, ne vox sit hibrida. — teres sorb. γκϑπ. ed. pr. tres sorb. β. ex suo cod. iam corr. Hum. explica tractas orbiculatas, in orbem conformatas. taigkloesse. — ne uratura quaedam miscendos ag. flor. et ed. pr. ne uratur quaequedam miscendos ag. par. aquaedam γ. — pro ignem scripsi inguen testiculum capi 173. pro quo 187. copadia adiciuntur.

ad 189. in codd. coniungitur cum antecedente compositione et legitur melle ex musteis cum l. etiam conieci melle et musteis si cum l. sententia videtur: si ad eam pultem pro aqua mel vel sucum ex musteis adhibueris, salem et oleum minus mittis. cf. 294. 305. edulium e farina silignea factum et musto conditum vocabatur μουστάκιον, mustaceum 214. 450. coll. 295. Athen. 14, 57. melle et musto fiebat etiam melitites ap. Plin. 14, 85. coll. 22, 115.

ad 190. ad lemma cf. 107. sive fondilis vel fondilis codd. pro sfondilis Hum. corr. spongiolis. — ferveat ex β pro ferveant sicque ex aliis locis fervuerit corr. pro fervuerint. — voletari in sex codd. volutari ed pr. et 191. codices vocem „lenticulam“ cum postremis verbis iungunt, ut sequens compositio incipiat „De castaneis“.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

ut ferveat, cum bene fervuerit, obligas. adicies in boletari oleum viride.

191. Lenticulam de castaneis: accipies caccabum novum et castaneas purgatas diligenter mittis, adicies aquam et nitrum modice. facies ut coquatur. cum coquitur, mittes in mortarium piper, ciminum, semen coriandri, rutae, lasaris radicem, mentam, puleium, fricabis, suffundis acetum, mel, liquamen, aceto temperabis et super castaneas coctas refundis, adicies oleum. facies ut ferveat. cum bene fervuerit, turundabis. ut in mortario teres, gustas, si quid deest, addes. cum in boletare miseris, addes oleum viride.

192. Aliter lenticulam: coquis. cum despumaveris, porrum et coriandrum viride supermittis. mittis coriandri semen, puleium, lasaris radicem, semen mentae et rutae, fricabis, suffundes acetum, adicies mel, liquamen. aceto, defricto temperabis, adicies oleum. agitabis. si quid opus fuerit, mittis. amolo obligas, insuper oleum viride mittis, piper aspargis et inferes.

cod. ζ sic „oleum viride in lenticulam. De cast. et par. viridem lenticulam de cast.

ad 191. aquam et nitrum aquam nitratam, lauge. — pro tutuncabis vel tutunclabis, tutund. ut 198. Hum. scripsit tudiculabis tudicula agitabis. ego cl legens d (ad 183) turundabis turundam mittes ex eaque obligabis, ut alibi amulo. de eo libo, alias diis etiam oblato, cf. Non. p. m. 379. cum derivetur a verbo tornare, globuli formam habebat orbiculo tractae 188. haut absimilem — ut in ex βγ pro et in. — boletar β. voletari γ. volitare flor. par. cf. 190.

ad 192. mittis adicies in mortarium. secundum mittis est addes 191. ad tertium supple „cum in boletare miseris“.

ad 193. despumaverit codd. et 201. 204. 205. corr. ex 192. 198. spumam detergebant pinnis, Plin. 32, 78. — caraucta par. ca-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

193. Pisa. Pisam coques. cnm despumaveris, porrum, coriandrum et ciminum supra mittis. teres piper, ligisticum [careum hoc est caravita], careum, anetum, ocimum viride, suffundes liquamen, vino et liquamine temperabis. facies ut ferveat. cum fervuerit, agitabis. si quid defuerit, mittes et inferes.

194. Pisam farsilem: coques, cui oleum mittis. Abdomen et mittis in caccabum, liquamen et porrum capitatum, coriandrum viride, inponis ut coquatur. isicia minuta facies quadrata et coques simul turdos vel aucellas vel de pullo concisa et cerebella prope cocta cum iuscello coques. Lucanicas assas. Petasonem elixas Porros ex aqua coquis. Nucleorum eminam frigis. Teres piper, ligisticum, origanum, gingiber, ius abdominis fundis, lias. Angularem accipies — conversari potest — et omentis tegis, oleum profundis, deinde nucleos aspargis et supra pisam mittis, ut tegas fundum angularis et sic conponis supra petasonis pulpas, porros, lucanicas concisas. iterum pisam supermittis. item alternis aptabis obsonia, quousque im-

riutam cod. hum. unde medicus scripsit careotam de radice carei quae careota vocetur interpretans et alterum careum de eiusdem plantae semine. ego malui uncinis secludere. cf. 74. — ocymum ed. pr. H.

ad 194. sic imperat coquus: pisam ut summam rei ex oleo coque in vase separato, item in separato caccabo abdomen ex liquamine, porro, coriandro, simulque isiciola tessellatim concisa, turdos vel aucellas pulpam pullinam et cerebella, aromata adice piper tritum, ligusticum, origanum gingiber. deinde assa lucanicas, elixa petasonem, coque porros, frige nucleos. tum in formula, postquam eius fundum omentis texisti, oleum fudisti et nucleos aspersisti, exstrue massam: primo pisam coctam mitte, super eam compone petasonis elixati pulpas, porros coctos. lucanicas assatas et concisas, iterum pisam supermitte tanquam novam straturam, dein

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

pleatur angularis. novissime pisam admittis, ut intus omnia contineat. Coques in furno vel lento igni inpones et ducat ad se deorsum. Ova dura facies, vitella eicies, in mortarium mittes cum pipere albo, nucleis, melle, vino candido et liquamine modico, teres et mittes in vas ut ferveat. cum fervuerit, pisam mittis in lancem et hoc iure perfundis. hoc ius candidum appellatur.

195. Pisam indicam: pisam coques. cum despumaveris, porrum et coriandrum concidis et mittis in caccabum ut ferveat. et accipies sepias minutas sic quomodo sunt cum atramento suo, ut simul coquantur, adicies oleum, liquamen et vinum, fasciculum porri et coriandri. facies ut coquatur. cum coctum fuerit, teres piper, ligisticum, origa-

ut antea obsonia scripta aptabis, donec vas impleatur. tandem pisa superstrata novissimum corium fac. coque eam massam, coctam in lancem versa eamque iure descripto candido perfunde. — isicia min. 171. 173. 175. fac. quadrata tessellatim concides. — malim cum iure illo. — assas add. ex β et cod. hum. — porros ex par. et hum. pro porro. — malim ex aequa c. ad 309. — verba „lias — profundis“ sunt ex β et hum. — omentis particulis adipis porcini qui nascitur ab omento vernaculeque dicitur lappen- vel gekroesefett, quo pingui nobiliore patella circumquaque unguitur, ne massa adhaerescat neque uratur, sed brevi crusta formosa ut existat. — angularis patella aenea a forma angulari i. e. quadrata sic dicta 265. 206. — ut supra codd. — ut ducat codd. — ocius cand. codd. et ed. mediol. cf. 249.

ad 195. indicam colore indico seu nigro, qui nascitur ex adhibito atramento sepiarum. sepia officinalis et sepia sepiola systematis, kuttelfisch, kükelwurm, sub ventre folliculum nigro liquore repletum habet, $\sigma\eta\pi\acute{\epsilon}\delta o\nu\iota$, unde animalis nomen, quod $\acute{\upsilon}\pi\acute{o}\sigma\varphi\alpha\gamma\mu\alpha$ vulgo $\mu\acute{\epsilon}\lambda\alpha\nu$, atramentum dicitur et pisam nigro colore afficere periculo non facto quisque credet. eo tingitur non minus bene quam alibi

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

num, carei modicum, suffundes ius de suo sibi, vino et passo temperabis. sepias minutatim concidis et in pisam mittis. piper asparges.

196. Pisam coques ac liabis et mittes in frigidam. cum refrigeraverit, deinde agitabis: concides cepam minutatim et albamentum ovi, oleo et sale condies, aceti modicum. adicies in boletari vitellum ovi cocti, coloras, insuper oleum viride mittis et inferes.

197. Pisam vitellianam sive fabam: pisam coques, lias. teres piper, ligisticum, gingiber et super condimenta mittis vitella ovorum quae dura coxeris. mellis unc. III. teres, liquamen, vinum et acetum. haec omnia mittis in caccabum et condimentum quae trivisti adiecto oleo ponis ut ferveat. condies pisam. libas, si aspera fuerit, melle mitis et inferes.

indico nigro, τῷ ἰνδικῷ, nobis tusch. cf. Beckmann Erfind. IV p. 490. seqq. cum Plin. 35, 43. Athen. 7, 124. 8, 53. — despumav. 193.

ad 196. ac liabis corr. ex 197. pro agitabis, et frigidum frigidarium volui pro frigidam aquam, quod nomen adiecit librarius cod. par. — agitabis coagitabis iure infra scripto. — in boletam v. o. c. colas in. codd.

ad 197. vitellinam ϑ* et ϑ 201. unde patet a vitellis ovorum non habere nomen, sed a Vitellio imperatore, ut porcellus 377. aliaeque patinae ab imperatoribus gulae magistris nominantur. Vitellius facit vitellianus et vitellinus, ut Drusus drusinus et drusianus ap. Tacit. ann. 2, 8. Sueton. Claud. 1. bactrinus et bactrianus ap. Apul. met. 7, 14. sic Fronto facit frontonianus 380. Celsinus celsinianus 382. Tamphilus tamphilianus ap. Nepot. Att. 13, 2. Scaurus scaurianus, Tacitus tacitianus, Krause De Sueton. font. p. 3 seqq. — quae om. βγ. — condimenta ed. pr. H, condimentum quod ζ. quae correctio librarii est nescientis in ea voce genetivum latere qui est 398. et in „dactilum“ 230. cribrum Plin. 16, 54. al. cf. Hildebr. ad Apul. 1. p. 996. Kritz ad

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

198. Aliter pisam sive fabam: ubi despumaveris, teres mel, liquamen, caroenum, ciminum, rutam, api semen. oleum et vinum. turundabis. cum pipere trito et cum isiciis inferes.

199. Aliter pisam sibi fabam: despumatam subtrito lasare partico, liquamine et caroeno condies. oleum modice superfundis et inferes.

200. Pisam adulteram versatilem: coques pisam. cerebella vel aucellas vel turtos exossatos a pectore, lucanicas, iscinera, gigeria pullorum in caccabum mittis, liquamen, oleum. fasciculum porri capitati, coriandrum viride concides et cum cerebellis coques. teres piper, ligisticum et liquamen.

201. Pisam sive fabam vitellianam: pisam sive fabam coques. cum despumaveris, mittes

Sallust. fr. 1, 61. 2, 28. p. 138. 139. — libas gustas 145. corr. pro lias. — mitis mitigas, temperas, corr. pro mittis. id novum verbum nesciens Hum. scripsit mel mittis. supplendum 353. —

ad 198. despumaverit β. 193. tutunclabis codd. tudiculabis Hum. ad 191. — cum isiciis ad 93. supra imponuntur Athen. 9, 15 in Martial. 5, 78, 9.

ad 199. parthico Hum. erat secundum a cyrenaico tum rarissimo. Plin. 19, 38. — liquamen $\beta\gamma$.

ad 200. adulteram non genuinam, impuram non concoquo, quia vituperaret. conieci ad alteram scil. rationem, vel ad alteram, alterna vice, alternis, alternatim, vel matulleam, matullitam, ex altilibus conditam. cf. $\mu\alpha\tau\acute{\upsilon}\lambda\lambda\eta$, matulla. — versatilem ausgesonnen, klug 122. — avicellas ed. pr. H. 181. — turdos exossatos a pectore turdorum pulpam de pectore sectam, brueststuecke, pectora turdorum 134. ea enim pars nobilissima habebatur. — gizeria $\beta\gamma\delta\varkappa\vartheta$. ginzeria ζ. gyzeria π. zizeria ed. pr. ad 141. — intellege „eo iure condies pisam“ 197. —

ad 201. vitellinam ϑ. ad 197. — despumaverit. codd. 193. 204. — coliclos ex 180. restitui pro flores vel legas coles caules mal-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

porrum, coriandrum, coliclos malvarum. dum coquitur, teres piper, ligisticum, origanum, feniculi semen, suffundis liquamen et vinum. in caccabum, adicies oleum. cum fervuerit, agitas. oleum viride insuper mittis et inferes.

202. Conciclam cum faba: coques. teres piper, ligisticum, ciminum, coriandrum viride suffundis liquamen, vino et liquamine temperabis. mittis in caccabum, adicies oleum. lento igni ferveat et inferes.

203. Conciclam apicianam: accipies cumanam mundam ubi coques pisam, cui mittis lucanicas concisas, isiciola porcina. pulpas petasonis. teres piper, ligisticum, origanum, anetum, cepam siccam, coriandrum viride, suffundis liquamen, vinum et liquamine temperabis. mittis in cumanam, cui adicies oleum, pungis ubique ut conbibat oleum. igni lento coques ita ut ferveat et inferes.

vacios. Plin. 21, 19. Diosc. 2, 144. turiones, πτόρθους Aristoph. Plut. 544. — in caccabum mittes 202. — agitas coagitas. —

ad 202. concicla cum faba, si locus salvus, videtur solida, integra cum cortice suo decocta, schale mit der bohne, schalbohne, concicla seu concicula Marcelli 33 p. 227. quae conchis κόγχος, cum faba iuncta ap. Athen. 4, 50. de qua est distichon Martialis 13, 7, coll. 5, 39. 7, 78. Iuvenal. 3, 293. 14, 131. fabae folliculatae opponitur fracta seu fresa, pisa, pinsa, pinsita. ἀπολελεπισμένη, ἐκλεπισθεῖσα, cui valvulae exemtae sunt, Colum. 6, 31, 1. 6, 10, 1. quare pisa pro concicla dici potest 203. 205. cf. depisa 204. lenticula cui cortex detracta atque etiam farina e lenticula Graecis ὁ λέκιθος dicitur, puls ex pisis vel lenticula. Schweigh. ad Athen. 3, 89. p. 337. pro conciclam C. Gesner mavult conchidem. Hum. scripsit conchiclam et interpretatur fabam conchin. — liquamen in ea codd.

ad 203. pisum codd. ad 202. — petasonis ex 194. pro petasonem. — pungis ex codd. et 301. 320. Hum. obiter scripsit perun-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

204. Conciclam depisam: simplici pisam coques. cum despumaveris, fasciculum porri et coriandri mittis. dum coquitur, teres piper, ligisticum, origanum, feniculum, de suo sibi fricabis, suffundis liquamen et temperabis. mittis in caccabum, super adicies oleum et lento igni ferveat et inferes.

205. Concicla commodiana: pisam coques. cum despumaveris, teres piper, ligisticum, anetum, cepam siccam, suffundis liquamen, vinum et liquamine temperabis. mittis in caccabum, ut combibat, deinde ova quattuor solves in sextarium, pisae mittis, agitas. mittis in cumanam, ad ignem ponis ut ducat et inferes.

206. Aliter conciclam sic facies: concides pullum minutatim, liquamine, oleo et vino ferveat, concides cepam, coriandrum minutum, cerebella ener-

gis. — et cum bibat codd. cum Hum. correxi ex 205. 256. 301. 320.

ad 204. c. de pisa simplici codd. ad meum „simplici“ supple vel oenogaro 107. 140. 147. vel iure, ut sit sine tritura, vel modo. cf. minore 119. fusile 120 — depisam pisatam (erat etiam verbum pisare, Non. p. 111.) cf. ad 202. despumaverit codd. praeter ed. pr. 193. — de suo sibi 147. — feniculum ex 201, pro fasciculum. — liquamine temp. codd.

ad 205. Commodus Antoninus, Marci Philosophi filius, genera leguminum coctorum ad convivium propter luxuriae continuationem revocavit, Lamprid. in vita 11. pisam depisam 202. 204. — despumav. 193. — cum bibat β. 203. — agitas mittis om. ed. pr. — ova q. s. in sext. 306. — pisae in pisam. — ducat ius 140. concicla coquitur in cumara 203. ut ius in caccabo paratum combibere possit, eo mittitur ibique ovis dissolutis ius agitatur et obligatur, ut plene simul coquatur, totum in priorem cumanam remittitur.

ad 206. an farcies? — levas corr. pro lavas. — ibi deinde? an ubi cum pur. i. e. in illo iure? — conditam in uno β pro conditas. — angularem ex 194. 265. pro conci-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

vata mittes in eundem pullum. cum coctus fuerit, levas, exossas [concides minutatim cepam et coriandrum], colas ibi pisam coctam, non conditam — accipies angularem — pro modo conpones varie. deinde teres piper, ciminum, suffundis ius de suo sibi, item in mortario ova duo dissolvis, temperas. [ius de suo sibi] suffundis pisae integre elixae, vel nucleis adornabis, et lento igni fervere facies et inferes.

207. Aliter concicla inculcatus pullus vel porcellus: exossabis pullum, a pectore et femora eius iungis in porrectum, surculo alligas et inpensam paras. et farcies alternis pisam, cocta cerebella, lucanicas et cetera. teres piper, ligisticum, origanum et gingiber, liquamen suffundes, vino et passo temperabis. facies ut ferveat et cum fervuerit, mittis modice. et inpensam condieris, si alternis in pullo conponis. omento tegis et in operculo deponis et in furnum mittis, ut coquatur paulatim et inferes.

elarem vel conclarem, Hum. ex ed. pr. conciclam. — pro modo modice 207. de suo modo ac numero 1. ius de suo sibi pullinum. — integre plene, omnino corr. pro integrae. — eam coquendi rationem me non plene intellegere fateor. aliquot menda latere videntur.

ad 207. pro conciclatus legendum esse inculcatus vel conculcatus i. e. infartus monuit verbum calcare 54. et Arnob. 7, 24. „farcimina comminutis inculcata pulmonibus“. — exossatus codd. iam correxit Hum. qui edidit aliter conchicla farsilis sive conciclatus. in codd. post „inpensam“ duo marginis verba sunt „concicla farsilis“. — a pectore aperies 253. — surculo alligas locum habebunt ante „omento tegis“. — iungis in porrectum porrigis, extensum leporem onerare 401. — pisam lotam, cer. codd. olim corr. coctam, sed cocta cerebella habes 41. 137. 166. 185. 372. 403,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

208. Alicam vel sucum tisanae sic facies: tisanam vel alicam lavando fricas quam ante diem infundis, inponis supra ignem caldum. cum bullierit, mittes olei satis et aneti modicum fasciculum, cepam siccam, satureiam et puleium, ut ibi coquantur, propter sucum mittis coriandrum viride et salem simul tritum et facies ut ferveat. cum bene fervuerit, tolles fasciculum et transferes in alterum caccabum tisanam sic ne fundum tangat propter conbusturam. lias et collocas in caccabo super acronem colefium. teres piper, ligisticum, puleii aridi modicum, ciminum, silfi frictum — ut bene teratur suffundis mel — acetum, defrictum, liquamen. refundis in caccabum, sed colefium acronem. facies ut ferveat super ignem lentum.

209. Aliter tisanam: infundis cicer, lenticulam, pisam. defricas tisanam et cum leguminibus elixas. ubi bene bullierit, olei satis mittis et super viridia concidis porrum, coriandrum, anetum, feniculum, (betam, malvam) coliculum mollem. haec viridia minutatim concisa in caccabum mittis. Co-

elixata 121. 133. 141. — mittis super pullum. — inpensam corr. pro ipsam, olim pisam. — si elisum addidi. — operculum ut 431. est quod tectum sub quo coquitur, sartaginis vel clibani genus.

ad 208. in paucis differt a tisana 179. — sucum ptisanae hodie dicunt cremorem ptisanae. Petiti Comment. ad Aretae. p. m. 228. aliquam β. 252. — ig. veldum codd. calidum veldum π. — colevium codd. puleium et i. π. colosium Torini margo. — pr. sucum suci gratia, ad tisanam condiendam. transfers π ed. pr. H. — silfi ζ. — ut bene t. s. mel om. π. — teratur corr. pro tegatur. cf. omnino 179. —

ad 209. eadem fere 180. ubi vide, indeque intelleges quaedam excidisse. — an. feniculum mollem codd. — mina concisa codd. olera minuta uno vocabulo helvela, Fest. p. 103, 7,

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

liclos elixas. et teres feniculi semen satis, origanum, silfi, piper, ligisticum. postquam triveris, liquamine temperas et super legumina refundis, agitas. coliclorum minuta super concidis.

210. Fabaciae viridis ex liquamine, oleo, coriandro viridi, cimino et porro conciso coctae inferuntur. Aliter: fabaciae frictae ex liquamine inferuntur. Aliter: fabaciae ex senapi trito, melle, nucleis, ruta, cimino. ex aceto inferuntur. Baianas elixas minutatim concidis. ruta, apio viridi, porro, aceto, oleo, liquamine, caroeno vel passo modico inferes.

211. Faenum graecum ex liquamine, oleo et vino. Faseoli virides et cicer ex sale, cimino, oleo et mero modico inferuntur. Aliter faseolos sive cicer: frictos ex oenogaro et pipere

ἡδίσματα λεπτὰ χλωρὰ Alex. Athen. 7, 130 fin. — silfi est sili. — minutas codd. ad 210. fabatiae codd. sunt quae saepius fabalia, ut vicialia ap. Colum. 6, 30, 6. vocantur, siliquae fabarum, bufbohnenschoten, plerumque caules cum foliis, *χλόη κυάμων*. Schneid. ad Varron. 1, 23, 3. 1, 31, 4. fabae virides purgatae in Edict. Diocl 6, 38. fasioli virides purgati 6, 39. — cumino et aceto inf. *π* ed. pr. H. — baianas vulgo, baganas *βπ*. conieci paganas et bacanas baccaceas, bacinas, baceas, sine valvulis. baca quivis minutior et rotundior fructus dici potest.

ad 211. faenum graecum trigonella foenum graecum L. Aegyptiorum helbe, Graecorum *βουκέρας. αἰγοκέρως, τῆλις*, hodie *τῆλυ*, exhibetur etiam ap. Lamprid. in Heliogab. 20. alvi deiciendae gratia sumi scribit Galenus De attenuante diaeta s. non boni suci esse, si quis eo liberalius utatur De cibis boni suci 13. mandi ex garo et aceto sicut lupinos De aliment. facult. 1, 31. adhuc in Aegypto eius caules et folia edi refert Dierbach Flor. apic. §. 53. — faseoli s. phaseoli, fasioli, faseli, *φασήολοι, φάσηλοι*, hodie *φασούλια* in Graecia, fasioletti in Italia, sunt Gallorum haricots de Soissons, phaseoli romani Savi, similes nostris phaseolis vulgaribus quos dicimus grosse schwertbohnen. alii aliter.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

gustabis. Et elixati sumpto semine cum lobis in patella feniculo viride, pipere, liquamine — et caroeno modico pro salso — inferuntur. vel simpliciter et solet.

Incipit Apici Caeli tropetes.

Lib. VI.

212. In strutione elixo: piper, mentam, ciminum assum, api semen, dactilos vel cariotas, mel,

faselos suo tempore dici et λοβοὺς quia cum siliqua (interpp. ad Gloss. Hippocr. p. 240. 243.) ipsa fructus totus comedatur, quos Hippocrates et Diocles vocarint δολιχοὺς, monet Galenus De fac. aliment. 1, 28—35. Dioscor. 2, 176. de similace hortensi ἧς ὁ καρπὸς λόβια, ubi Matthiolus censet esse quas Itali fabas turcicas, nostrates welsche bohnen appellant. Kaercher in Etymol. beitraeg. 4. p. 43. „dolichos bei Plin. 16, 244. ist eine pflanze welche auch phaseolus, franz. fève de mer, féverolle heisst, unsere feld- oder kernbohne". mea Oler. p. 26. 27. — cicer Italorum cece, Gallorum pois chiches, frictum comedebatur et immaturum virideque et in aqua elixatum et eius farina in iure elixata, Galen. de fac. al. 1, 29. coll. Medico ap. Idel. II. p. 269, 1. ex ἐρέβινθος barbari fecerunt ξεβίνθια et ξέβιθ. — elixatis codd. — lobis Hum. corr. pro ovis — piper et liquamen in sex. — pro salso loco salis, an loco liquaminis? cf. salsum 386. et ad 109. — simpliciter simplici iure 204. sine ullo condimento? cibi sine ullo exquisito coquorum artificio parati Graecis dicuntur ἀβαμβάκευτα ap. Athen. 4, 22. i. e. ἄνευ βάμματος, fricta cicera cum sale modico in sartagine sicca saepius commemorantur.

Ad librum VI. trophetes inscribitur in ed. pr. tropetes in ed. mediol. ut in codd. τροπέτης est ἐρέτης remex, remigans, remigio alarum volans, avis pennis remigans (Hildebr. ad Apulei met. 5, 25. p. 367). Nostri tempore tropétes est et volans quae avis, unde volantum caro ap. Cael. Aurelianum aliosque, πετεινῶν, comparate liber de avibus. Hum. id nesciens scripsit aero-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

acetum, passum, liquamen et oleum modice et in caccabum. facies ut bulliat. amolas et sic partes strutionis in lance perfundis et desuper piper aspargis. si autem in condituram coquere volueris, alicam addis. Aliter strutione elixo: piper, ligisticum, timum, timum aut satureiam, mel, senape, acetum, liquamen et oleum.

213. In grue vel anate, perdice, turture, palumbo, columbo et diversis avibus: gruem vel anatem lavas, ornas et includis in ollam, adicies aquam, salem, anetum dimidia coctura decoquis dum obduretur. levas et iterum in caccabum mittis cum oleo et liquamine, cum fasciculo origani et coriandri. prope cocturam defrictum modice mittis ut coloret. teres piper, ligisticum, ciminum, coriandrum, lasaris radicem, rutam, caroenum, mel, suffundis ius de suo sibi, aceto tempe-

petes, *ἀεροπέτης*, „quod in eo libro de avicii generis et volucrum in aëre volantium vitamque transigentium obsoniis et condituris agitur.“

ad 212. struthiones iam memorantur in coena Iphicratis ap. Athen. 4, 7 fin. Heliogabalus „struthiocamelos exhibuit in coenis aliquoties“ et „sexcentorum cerebella“ apud Lamprid. 28 et 30. Africae gentibus nonnullis eos adhuc cibum iucundum esse constat. in tribus codd. structione et structionis ut structio, strucio, strutio in Aethico Hieronymi 105, 31. et planta *στρούθιον* in Macri Flor. 907. libris strucion, strution, struction cet. scribitur et in Vocabulario Optimo Wackernag. p. 43. „strucio strus“, inde Romani fecerunt struzzo. — assum assicatum, siccatum, frictum 227 torrefactum, postquam in aceto infusum est 105. — careotas codd. caryotas H. — partes pulpam pectoris, fortasse et alas quae in aliis avibus praeferuntur. — perfundis eo iure. — in ante „condituram“ unus *β* servavit. —

ad 213. vel ante „ornas“ delevi cf. 216. 234. 243. — ollam pro olla ex 234. — levas eximis avem de olla et in caccabo plene coquis. idem fit 216. 242. 251. coll.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

ras. in caccabo reexinanies et calefiat, amolo obligabis. inponis in lance et ius perfundis.

214. In grue vel in anate vel in pullo: piper, cepam siccam, ligisticum, ciminum, api semen, pruna [vel] damascena enucleata, mustaceum, liqnamen, defrictum, oleum et coques.

215. Gruem dum coquis, caput eius aqua quam non tingat, sed sit foris. ad aequam cum cocta fuerit, de savano valido involves gruem et caput eius trahe cum nervis, seqūetur ut pulpae vel ossa remaneant. cum nervis enim manducare non potest.

254. 371. cum Hum. in cod. invenerit lavas, qua confusione nihil frequentius, utrumque verbum dedit. — prope coct. media coctura 216. 380. 381. — et cal. ex π pro ut cal.

ad 214. prius vel ex ζπ. — vel ob 450. inclusi. — pro mustum acetum ut 450. reduxi mustaceum μουστάκιον, ad quod libum e farina siliginea mel vel sucus malorum musteorum inprimis adhibebatur, mostkuchen Plin. 15, 127. interpp. ad Arnob. 2, 23. p. 31. ed. Or.

ad 215. quam e sex libris, est quantum fieri potest, quam minime. cf. Cic. verr. accus. 2, 22, 53. post red. in sen. 8. 21. Liv. 4, 24, 6. sic quam nihil ap. Cic. fin. 5, 27, 80. Tusc. 5, 35, 74. verr. accus. 1, 35, 89. ad Att. 9, 2, 1. quam nondum ap. Cic. Brut. 64, 228. — aquam par. et hum. cod. tingat βγ. tangat in reliquis. — ad aequam rationem, in aequam 269, 63, 90. aeque, συμμέτρως, effeci ex codicis β ab aquam. vulgo iungunt foris ab aqua. — de non necessarium om. π et Hum. ad eam praepositionem instrumentalem cf. 119. 134. 153. 218. 261. 278. 395. Amm. Marc. 29, 3, 8. „de fustibus caesus", Hand Tursell. II p. 219 seqq. — savano codd. et 376. sabano β 237. 276. savano in reliquis, savano γ. sab. in reliquis 239. Graeci scribunt σάβανον, σαβάνιον Dositheus ed. Boeck. p. 95. derivatur ab ἐανόν et est linteum crassius ex cannabi ad involvendum, exprimendum, abstergendum aptum. cf. Voss. de vit. sermon. p. m. 270 Dufresne Gloss. T. VI p. 1 et 76. Heinrich ad Schol. Iuvenal, 14, 22 p. 427. Diez Lex. d. rom. spr.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

216. Aliter gruem vel anatem ex rapis: lavas, ornas et in olla elixabis cum aqua, sale et aneto dimidia coctura rapas coque, ut exbromari possint, levabis de olla. et interim lavabis. et in caccabum mittis anatem cum oleo et liquamine et fasciculo porri et coriandri. rapam lotam et minutatim concisam desuper mittis, facies ut coquatur, media coctura mittis defrictum ut coloret. ius tale parabis: piper, ciminum, coriandrum, lasaris radicem, suffundis acetum et ius de suo sibi. reexinanies super anatem et ferveat. cum fervuerit, amolo obligabis et super rapas adicies, piper aspargis et appones.

p. 299. — calido codicum confusione 179. Cels. 4, 8. Veget. 5, 46, 11. ductus correxi valido. — nervis corio, Plin. Valer. 2, 47. unde enervare haeuteln, ad Sil. 4, 291. is labor dicitur 234. eliberare. — sequetur manum tuam, non rumpetur. Colum. 11, 3, 45. Varr. 1, 47, 1. — manducare ex βϑκ pro manducari. „potest“ scil. est quod licet 133. 266.

ad 216. ex rapis β. H. pro excipis. — exiliabis in sex. — media coctura anetum adicitur et 213. cum bullierit 179. — coque corr. pro quoque. eadem confusio ap. Seren. Sam. 474. confudit etiam ille ap. Quintil. 6, 3, 47. — exbromari codd. coll. 270. id novum verbum est molesto odore depurari, immundum odorem, virus amittere, βρόμος enim seu βρῶμος est lat. virus, βρομώδης virosus, immundus. cf. Hesych. 1. p. 769. Salmas. in Sol. p. 255. b. Schleusner Lex. in Vet. Test. 1. p. 588. 589. Lobeck ad Phryn. p. 156. „bromosa ubera“ codicis keuch. magis placet quam „virosa“ ap. Seren. Sam. cap. 59. — interim corr. pro iterum. lavabis est exsiccabis. — lotam exsiccatam cf. 169. — mittis ad ignem — media corr. pro modica ex 153. 369. 381. dimidia 234. 401. prope cocturam 213. 234. — appones inferes. coquendi ratio haec est: anas vel grus in olla cum aqua, sale et aneto ad mediam cocturam elixatur, tum levatur et mittitur in caccabum ubi plene coquatur cum oleo cet. eodem tempore rapa coquitur in olla et cocta levatur,

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

217. Aliter in gruem vel in anatem inelixam: piper, ligisticum, ciminum, coriandrum siccum, mentam, origanum, nucleos, cariotam, liquamen, oleum, mel, senape et vinum.

218. Aliter gruem vel anatem: assas. eas de hoc iure perfundis: teres piper, ligisticum, origanum, liquamen, mel, aceti modicum et olei. ferveat bene. mittis amolum et supra ius rotulas cucurbitae elixae vel colocasiae et bulliat. si sunt, et ungellas coques et iocinera pullorum. in boletari piper minutum aspargis et inferes.

219. Aliter in grue vel anate elixa: piper, ligisticum, api semen, erucam vel coriandrum, mentam, cariotam, mel, acetum, liquamen, defrictum et senape. idem facies et si in caccabo assas.

220. In perdice et attagena et in turture elixis: piper, ligisticum, api semen, men-

exbromatur, exsiccatur, minutatim conciditur et ad ignem ponitur et media coctura defricto coloratur. ius separatim praeparatum super anatem funditur et cum anas cum iure fervuerit, amulo obligatur et rapa denique interim cocta in eundem caccabum adicitur. quo facto piper adspergitur. -- desuper insuper, iterum. forte scribendum de suppare pariter, similiter. -- super praeterea vel insuper oben drauf.

ad 217. inelixam, ut inassus 223. inassatus ap. Marcell. Emp. 22. in. paulum elixam 385.

ad 218. mittis am. amulo obligas. -- colocasiae ut ed. pr. H. colocas ut $\beta\pi$. collocas ut rel. pullus elixus cum colocasiis 247. bubula cum col. 356. pullus cum cucurbitis 246. — ut bulliant codd. — ungellae codd. 372. si fuerit, aucellas. — boletari in uno β pro vol.

ad 219. et coriandri β. — facies ex 8. 234. 253. 332. pro faciet.

ad 220. exelix. in pluribus codd. — mirtam et b. in sex, myrthum et b. ed. pr. myrtham et b. H. cf. 24. 43. 273. 281. 286. 332. — mel cum H. pro vel.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tam mirtae bacas vel uvam passam, mel, vinum, acetum, liquamen, oleum. uteris frigido.

221. Perdicem cum pluma sua elixas, ibi emadefactam depilabis. perduces coctura occisa. perdix potest ex iure coqui. non indurescat. si iterum fervuerit, elixa coqui debet.

222. In perdice et attagena et in turture: piper, ligisticum, mentam, rutae semen, liquamen, merum et oleum. calefacies.

ad 221. sic paucis mutatis in septem libris. ibi deinde 206. si displicet, lege elixa si vis, mad. — ibi et mad. codd. cum difficile sit dictu quid verum, varie emendare, varie interpretari licet. — „depilabis pilos quasi detrahes. restitue Pelagonio 6. p. 34. pro „despicas". sic ἐκπιλοῦν et ἐκτιλοῦν est pennas evellere. Diez Lex. d. rom. spr. p. 257. 264. — coctura occisa occidua, mortua, exstincta, flamma non vivace, ligno exemto Plin. 24, 125. ne indurescat. perduces conficies, absolves corr. pro perdices, in uno par. perdicem. — ex iure iuste? ad 54. — iterum ex par. pro dierum cf. 67. semel 65. — elixa si est „perdix elixata", conferatur 267. elixantur coquuntur. 386. elixas ut coquatur. 289. perelixabis ut coqui possit. sed aliud latere videtur. inveni si serum fuerit, elixa c. d. si induruerit, dura fuerit, lixivium adhibendum est, quae lixa sit Plutarchi T. 8 p. 784. R. νίτρον, pottaschlauge (ad Garg. Mart. p. 41.) quo Noster 191. castaneas coqui iubet, alii legumina. nunc malim alica, quod plures loci suadent 212. 248. 252. forte „elixa" tenenda et „alica" supplenda est. cf. 42. 303. et suadet Martial. 2, 37, 6. „stillantem alica sua palumbum". — magni momenti est codicem par. legere perdicem cum pluma sua elixas ubi et madefactam depilabis perdicem coctam occisa perdix post ex iure coqui non indurescat ut si iterum ferbuerit si dura fuerit elixa coqui debet. quod si scribis vel supples „alica", eius codicis „dura" potest intellegi cruda alica, non elixata, si tenes „elixa" et confers similiter dicta 51. 218. 359. 372. ea verba interpreteris „si habes duram" i. e. illud Arabum frumen-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

223. In palumbis, columbis [avibus, in altile et in fenicoptero] inassis: piper, ligisticum, coriandrum, careum, cepam siccam, mentam, ovi vitellum, cariotam, mel, acetum, liquamen, oleum et vinum.

224. Aliter elixis: piper, careum, api semen, [petrosilinum] condimentum, hortariam, cariotam, mel, acetum, vinum et oleum modice et senape.

225. Aliter: piper, ligisticum, petrosilinum, api semen, rutam, nucleos, cariotam, mel, acetum, liquamen, senape et oleum modice.

226. Aliter: piper, ligisticum, lasar vivum, suffundis liquamine, vino et liquamine temperabis et mittis super columbum vel palumbum. pipere asparsum inferes.

227. Ius in diversis avibus: piper, ciminum frictum, ligisticum, mentam, uvam passam enucleatam aut damascena, mel modice. vino mirteo temperabis, aceto, liquamine et oleum. calefacies et agitabis apio et satureia.

tum, milii genus, cui adhuc id nomen.

ad 223. aliquot verba inclusi a librario male huc translata et in uno lemmate collecta ex 227. 232. 234.

ad 224. carenum ζπ non uno loco 230. — petrosil. interpretamentum est, ad 56. — pro mortaria emend. ut 470. hortariam, quae cepaea Plinii 26, 84. Dioscoridi 3, 158. κηπαία dicitur, zwiebelpfeffer, sedum cepaea L.

ad 225. deest in par.

ad 226. laserum in sex, laserem par. — pro vinum corr, vivum (ad 243), lasaris radicem 231. 234. 238. 242. 245. liquamen et vinum est oenogarum. liq. temperabis idem fere quod salies.

ad 227. „aves intellegantur passeres, merulae, scolopaces, porphyriones i. e. fulicae porphyriones, ciconiae ap. Horat. sat. 2, 2, 49. Plin. 10, 60. Anthol. Lat. 780. — frictum ad 212. — mirteo par. H. pro mirto — liquamen in pluribus. quod si verum, γαρέλαιον intellegendum est.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

228. Aliter ius in avibus: piper, ligisticum, petrosilinum, mentam siccam, cneci flores, vino suffundis, adicies ponticam vel amigdalam tostam, mel modicum, vino et aceto, liquamine temperabis. oleum in pultarium super ius mittis. calefacies, ius agitabis apio viridi et nepeta. incaraxas et perfundis.

229. Ius candidum in avem elixam: piper, ligisticum, ciminum, api semen, ponticam vel amigdalam tostam vel nuces depellatas, mel modicum, liquamen, acetum et oleum.

230. Ius viride in avibus: piper, careum spicam indicam, ciminum, folium, condimenta viridia, omne genus dactilum, mel, acetum, vinum modice, liquamen et oleum.

ad 228. pro eneci vel anethi flos et 284. 333. *κνίκου ἤγουν τὸ ἄνθος* Herophyl. in Ideleri Med. min. 1 p. 412, 1. similiter variant libri Plinii 21, 90 et 94 *κνῆκος, κνῖκος*, cnicus, cnecus est carthamus tinctorius et multiplicis usus, cf. Diosc. 4, 187. coll. 1, 44. Aristot. hist. an. 5, 19. Athen. 4, 7. 14, 50. 60. Geopon. 18, 19, 5. — ponticam ut 229. 337. scil. nucem, Plin. 15, 88. interpretor heracleoticam, ex Heraclea Ponti urbe, persicam molluscam, ceteris nucibus molliorem, Macrob. sat. 3, 18, 10. *λεπτοκάρυον* Athen. 2, 41. tiirkische haselnuss. — nepeta montana 462. Italis adhuc sic dicitur, Hispanis nevada, nostris nepte, melissa nepeta L. feldpolei.

incaraxas i. e. incharaxas, scalpello aperis, perforas ut humorem emittere vel combibere possit. simplex verbum legitur ap. Prudent. perist. 10, 557. et infra 239. ubi par. male habet „carassas“, in mediis enim vocibus ex *σσ* (*χαράσσειν*) fit x. sic malaxare est *μαλάσσειν* ap. Varr. L. L. 6, 96. Pelagon. 5. Dec. Laber. ed. Ribbeck. p. 241. conmalaxare ap Varr. Nonii p 58. sed ζ facit ss, ut *μάζα* massa, *μαλακίζειν* malacissare ap. Plaut. Bacch. 40.

ad 229. pontic. 228. — depelatas vatt. et florr. depil. vulgo. ad 53. ab eo verbo est pellarius qui pelles curat et pelliculare pelle tegere.

ad 230. carenum par. 224. — dactilûm 197.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

231. Ius candidum in ansere elixo: piper, careum, ciminum, api semen, timum, cepam, lasaris radicem, nucleos tostos, mel acetum, liquamen et oleum.

232. Ad aves virosas omni genere: piper, ligisticum, timum, mentam aridam, calvam, cariotam, mel, acetum, vinum, liquamen, oleum, defrictum, senape. Avem sapidiorem et altiliorem facies et ei pinguedinem servabis, si eam farina oleo subacta contextam in furnum miseris.

233. Aliter avem: in ventrem eius fractas olivas novas mittes et consutam sic elixabis. deinde coctas olivas eximes.

ad 232. hyrcosas et hirc. codd. non placet, cum quantum scio hircosus semper sit qui alarum sudore puteat, Petron. 128, 1. *κινάβρας ἀπόζων ὥσπερ ὁ τράγος* Lucian. Dial. Mort. 1 praeter interpp. ad Hor. ep. 12, 5. Pers. 3, 77. Catull. 69, 6. confer Ramires ad Martial. 9, 93, 11. scripsi vocabulum artis virosas bromosas, gravi ac iniucundo sapore ferino, quae vehementia ac virositate boni odoris displicent. pisces virosi ap. Cels. 2, 21. Meleagrides novissimae sunt peregrinarum avium in mensas receptae propter ingratum virus, Plin. 10, 74. quae afrae aves numidi pulli sunt 242. virus anchusae ap. Plin. 22, 50. vulgatam fortasse defendit locus Isidori 12, 7, 61. ubi „suci“ legas pro „sui“. — omnigere, omniogere codd. omnis generis Hum. utrumque dicitur, Halm. emend. Valerian. p. 13. 14. — calvam ut 437–439. e codd. pro humelb. salviam. est nux pontica tenui putamine, barba molli maiorem partem protegente, summo capite ut nudo prominente, nobis inde dicta bartnuss, corylus tuberosa Willd. condiebatur in ollis et recens viridisque servabatur ut abellana, Plin. 15, 90. coll. Cat. 8, 2. 143, 3. Petron. 66, 4. — altiliorem notione activa i. q. alibiliorem, nutribiliorem, naehrend, nahrreich, sic digestibilis 35. est concoctionem iuvans, cf. sanguis altilis ap. Macrob. 7, 4. 22. interpp. ad Cael. Aurel. p. 617. 618. Kaercher Beitr. zur Lexicogr. 4. p. 48 seqq. — farinam ol. subactam

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

234. In fenicoptero: fenicopterum eliberas, lavas, ornas, includis in caccabum, adicies aquam, salem, anetum et aceti modicum, dimidia coctura alligas fasciculum porri et coriandri et coquatur. prope cocturam defrictum mittis, coloras. adicies in mortarium piper, ciminum, coriandrum, lasaris radicem, mentam, rutam, fricabis, suffundis acetum, adicies cariotam, ius de suo sibi perfundis. reexinanies in eundem caccabum, amolo obligas. ius perfundis et inferes. idem facies et in psittaco.

235. Aliter: assas avem. teres piper, ligisticum, api semen, sesamum frictum, petrosilinum, mentam, cepam siccam, cariotam melle, vino, liquamine, aceto, oleo et defricto temperabis.

236. Aves omnes ne liquescant, cum plumis contextam cod. in uno par. contectam. Hum. farina oleo subacta contectam.

ad 233. fructus oleae recens graveolentiam emendat et in se trahit. intellege Graecorum θλασταὶς ἐλαίας, corticulis resolutis et emollitis contusas, Athen. 2, 47. Geopon. 9, 32, 1. Schneid. ad Colum. 12, 51, 1. opponuntur natantibus ap. Cael. Aur. chron. 4, 3. p. 296.

ad 234. eliberas corium detrahis 215. corr. pro elibexas sex codicum, elixabis ed. pr. elixas par. H. rarius verbum in Act. procons. martyrii S. S. Didymi et Theodorae n. 8. — intellegendum esse phoenicopterum rubrum, minorem, familiae hygrobatarum, quem nos dicimus flamingo et adhuc hospitem Italiae scimus nunc notum. — ut coq. codd. — verba reexinanies — perfundis sunt ex β. et hum. cf. 216. 249.

ad. 235 sesami orientalis L. semina candida quae in siliquis sunt seminibus lini similia optimi saporis et iucunda sunt esu, quare hodie quoque in terris orientalibus ad varios cibos adhibentur. frictum ex β pro defrictum. sic sil frictum 179. coriandri semen 336. cuminum passim. — melle teres. oleo condies. defricto temp. 238.

ad 236. cf. 221. — elixate codd. — si absorptum addidi. cf. 64. 305. Plin.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

elixato omnibus, melius erit prius si tamen exenterantur per guttur vel in ambicas sublatae.

237. Anserem elixum calidum ex iure frigido apiciano: teres piper, ligisticum, coriandri semen, mentam, rutam, refundis liquamen et oleum modice, temperas. anserem elixum ferventem savano mundo exiccabis, ius perfundis et inferes.

238. In pullo elixo ius crudum: adicies in mortarium aneti semen, mentam siccam, lasaris

20, 94. „melius si cum lasere“ coll. 23. 45. — exenterantur *γπ.* ad 43. cf. 372. 375. Fest. p. 79, 11. est *ἐξεντερίζειν* e. g. Galeni sec. loc. 7, 3. *ἔντερα*, intestina eximere, eviscerare, viscera expedire, corpus evacuare s. vacuare Anthol. Lat. 1088. vacuefacere totis praecordiis. Apul. met. 6, 31. emedullare Plin. 22, 87. ausnehmen, aufbrechen. artis singularis coquorum erat, ut assaturae *ἄσφακτοι* viderentur neque ullum vestigium lethalis sui vulneris ulliusve apertionis exhiberent, cum tamen non solum exenteratae sed etiam impensa farctae et oppletae essent. cf. Athen. 9, 19. 26. 27. — abias codicum legebam obuas (sic in Philoxeni Gloss. „obua“ *ἄμβιξ*“) i. e. obbas et ollas ex 248. cum vero sonus literae m et n in mediis mediocris facile excidat idque vasculum ventre protumido Graecis *ἄμβιξ* dicatur, Diosc. 5, 110. Athen. 11, 60. Cael. Aurel. chron. 4, 7. Philox. Gloss. p. 174. ed. Steph. Hesych. *ἄμβικα· χύτραν, κάδον*, vel *ἄμβικος*, Athen. 4, 36. Etymol. M. *ἄμβικον χύτραν, κάδον*, malui ambicas corrigere. inde articulo arabico adiecto ortum esse alembicum et linguarum romanarum lambicco, alambique, alambic iam docuit Diez Lex. d. rom. spr. p. 198. ad vaporationem adhibebatur Plin. 33, 123. qui illum locum Diosc. convertit voce calix usus est. Lister „extra aquam in altis ambigis suspensae vaporeque aquae coctae ad faciliorem deplumationem lenioremque elixationem“. simili in re submittere 373. 374. —

ad 237. ex iure ed. pr. H. pro et i. cf. 376. — semen in uno *β*. — savano 215. —

ad 238. simile ius 287.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

radicem, suffundes acetum, adicies cariotam, refundes liquamen, senapis modicum et oleum, defricto temperabis et sic mittis.

239. Pullum anetatum mellis modice, liquamine temperabis. levas pullum coctum et savano mundo siccas, caraxas et ius scissuris infundis ut conbibat et cum conbiberit assabis et suo sibi iure pennis tangis. pipere asparsum inferes.

240. Pullum particum: pullum aperies a navi et in quadrato ornas. teres piper, ligisticum carei modicum, suffundis liquamen, vino temperas. conponis in cumana pullum et condituram super

crudum ut ὠμόν quod frigidum, non coctum, rudum roh. Diez Lex. in rozzo p. 429. — mittis ad ignem, an in pullum ex 240? a verbis „pullum anetatum“ codices novum colon incipiunt et Hum. edidit et sic mittis in pullum anethatum. Aliter pullus. mellis cet forte praestat pullo i. q. in pullum. anetatum ius, aneto inprimis conditum. omnia conatus, in his et sic mitis (ut 197.) pullum anetato, locum intactum relinquo. vel aliquot verba eicienda vel supplenda. — lavas codd. — caraxas 228. — convivat codd. et conviverit. — pinnis et pennis codd. quorum tres omittunt. pinnae sunt maiores avium pennae (Martial. 14, 85. 22. 13, 71. Aethic. Istr. 36. Salm. ad Lamprid. Alex. 58 p. 1022 seq. Burm. ad Quintil. decl. 13, 4.) et per synecdochen pinnicillus inde factus, qui vulgo penicillus et peniculus dicitur, a pene piloso. utraque vox in usu erat, Var. Lect. Pallad. 4, 1, 3. — tongis codd. perdis par. pertangis H.

ad 240. partium codd. et ed. mediol. sed in veneta parthicum. eum pullum cum numido 242. comparans singulare genus intellegebam, parvulum pedibusque pennatis, vel gallum turcicum vel pumilionem, zwerghahn, Plin. 10, 156. et eum eiusdem 10 140. loco de Parthorum coquorum artificio quodam interpretabar cum Schneidero ad Colum. 8, 7, 1. „scilicet navis dicitur totum pectus quod discinditur, ut avis resupinata et in dorsum divisum clunes pectusque convivis ostendat et totum repositorium occupet dilatata“,

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

pullum facies: lasar ex vino interim radas, dissolvis et in pullum mittis. simul et coques, pipere asparsum inferes.

241. Pullum oxizomum: olei acetarium maiorem, satis modico liquaminis acetabulum minorem, aceti acetabulum perquam minorem, piperis scripulos VI. petrosilini scripulum, porri fasciculum.

242. Pullum numidum: pullum curas, elixas, lavas, lasaras, piperas, exassas. teres piper, ciminum, coriandri semen, lasaris radicem, rutam, cariotam, nucleos, suffundis acetum, mel, liquamen et oleum, temperabis. cum fervuerit, amolo obligas. pullum perfundis. piper aspargis et inferes.

uunc a lasere parthico cuius et mentio 31. 94. 199. 258. dictum puto, ut aedum 368. — a navi ut 243. a parte posteriore ventris qui ut navis cavus et figurae carinae similis est. aperire a pectore 207 more nostro. — in quadrato disco, in quadra i. e. mensario instrumento, supra quod carnes et dapes scindebantur vel scissae apponebantur, sic dictum a forma quadrata qua fieri solebat, veluti rotunda repositoria orbes dicimus, cf. 403. interpp. ad Verg. A. 7, 115. Beckeri Gall. III. p. 259. 260. — laser et vinum interidas codd. interitas ζ. etiam tentavi intritas et intricas et interradas irradas ex Cat. 157, 7. „eodem silfium inradito“ i. e. radito et inspergito, et „laserpitium inrasum“. et ap. Plin. Val. 4, 29. radiculae laseris ex aceto et melle conteruntur. subtritum lasar supra 199 ad 302.

ad 241. oxizomum ut 392. ὀξύζωμον, acetoso iure conditum, opponit melizomum 2. — modico tempore post, et 301. et alibi corr. pro modice. — acetum minus 387. — petros. script. ex β qui petrosilenum scr. — porri ex par. et Hum. pro porros.

ad. 242 numidum numidicum, sic dacus, medus, italus, colchus, apud alios esse numidam meleagridem, perlhuhn, notum est. — lavas

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

243. Pullum lasaratum: pullum aperies a navi, lavabis, ornabis et in cumana pones. teres piper, ligisticum, lasar vivum, suffundis liquamen. vino et liquamine temperabis et mittis pullo. coctus si fuerit, pipere asparsum inferes.

244. Pullum paroptum: lasaris modicum, piperis scripulos VI. olei acetabulum, liquaminis acetabulum, petrosilini modicum.

245. Pullum elixum ex iure suo: teres piper, ciminum, timi modicum, feniculi semen, mentam, rutam, lasaris radicem, suffundis acetum, adicies cariotam et teres melle, aceto, liquamine ex oleo temperabis. pullum refrigeratum et mittis siccatum, quem perfusum inferes.

246. Pullum elixum cum cucurbitis elixis: iure supra scripto addito senapi perfundis et inferes.

247. Pullum elixum cum colocasiis elixis: supra scripto iure perfundis et inferes.

sabano siccas 237. 239. — piper et assas codd.

ad 243. laseratum ed. pr. H. qualis est porcellus 393. pro rasseratum, in ϑ× lacuna. — a navi 240. aperies ex par. H. pro asparges. — las. vivum ex β et 393. Plin. Valer. 2, 15. pro laser, vinum, par. l. tymum cf. 226. — pullo corr. pro pullum, ut sit quod reexinanies mortarium supra pullum 249.

ad 244. paroptum πάροπτον, assatum. cui non placet legat parcopum vel parcoptum, paracoptum, παράκοπτον, exsectum, castratum. Plin. 10, 50. Colum. 8, 2, 3. capum, chapon, kapaun 173. vel percoctum.

ad 245. liq. ex oleo γαρελαίῳ. — in codd. articulus est ante verba „pullum refr.“ quare locus lacunosus videtur. si non est, corrigas pullo refrigerato et siccato mittis, q. p. i. cf. 238. 276.

ad 246. ad eum usum cucurbitae cf. 74. 218. colocasiae 218. 247. — senape codd. corr. ex 127. — piper fundis codd. piper perf. β, corr. ex 247.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

248. [Facit et in alica et in olivis columbadibus non valde, ita ut laxamentum habeat, ne dissiliat dum coquitur in ollam submissus in sportellam. cum bullierit, frequenter levas et ponis ne dissiliat.]

249. Pullum varianum: pullum coques iure hoc: liquamine, oleo, vino, fasciculum porri, coriandri, satureiae. cum coctus fuerit, teres piper, nucleos. ciatos duos et ius de suo sibi suffundis — et fasciculos proicies — lac, temperas. et reexinanies mortarium supra pullum et ferveat. obligas eundem albamentis ovorum tribus. ponis in lance et iure supra scripto perfundis. hoc ius candidum appellatur.

ad 248. tota § non suo loco est, est vero 252. post verba „inples pullum vel porcellum“. meliora exspectans corr. pro in elixam et in ol. columbaribus ed. pr. columbatibus, κολυμβὰς ἐλαία est oliva in muria innatans, a verbo κολυμβᾶν urinare, innatando sub aqua esse, unde etiam ἁλμάς ap. Athen. 2, 47. νηκτρὶς ap. Polluc. 6, 45. avis cum olivis fractis coquitur 233. ossibns 253. perna cum caricis 293. — ut lax. habeat 289. non valde τὸ μηδὲν ἄγαν, τὸ μηδὲν ἐπὲρ τὸ μέτρον, nam μέτρον ἄριστον. Petit. Comm. ad Aretae. p. 255. Wyttenb. ad Plutarch. mor. p. 990 seqq. — in ollam subm. 236. de sportella 121. — lavas codd.

ad 249. vardanum codd. varianum Hum. corr. intellegens Varium sive Elagabalum portentosae luxuriae principem, ego ius varians interprator, a colore variante, ut sunt uvae varianae ap. Plin. 14, 29. i. q. variantes, diversi coloris. — olim volui nucleorum ciatos. nunc suppleo „illius iuris“. „ius de suo s.“ quod coquendo in patella fit. forte c. duos exiure. — proic. fascic. 131. — mortarium in mortario trita, triturum, piper et nucleos. 216. ius reexinanies super anatem, 226. mittis. — ut ferv. codd. — tribus corr. pro tritis. ponis — appell. ut 194. intellegit ius in quo fervet pullus, non illud quo perfunditur quodque citat 246. 247. accuratius dicendum erat „illud ius“.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

250. Pullum frontonianum: pullum praedura, condies liquamine oleo mixto, cui mittis fasciculum aneti, porri, satureiae et coriandri viridis et coques. ubi coctus fuerit, lavabis eum, in lance defricto perungues, piper aspargis et inferes.

251. Pullum tractogalatum: pullum coques liquamine, oleo, vino, cui mittis fasciculum coriandri, cepam. deinde cum coctus fuerit, levabis eum de iure suo et mittis in caccabum novum lac et salem modicum, mel et aquae eminam [id est tertiam partem]. ponis ad ignem lentum ut tepescat. tractum confringis et mittis paulatim, assidue agitas ne uratur. pullum illic mittis integrum vel carptum. versabis in lance, quem perfundis. ius tale: piper, ligisticum, origanum, suffundis mel et defrictum modicum et ius de suo sibi. temperas. in caccabulo facies ut bulliat. cum bullierit, amolo obligas et inferes.

252. Pullum sicut alicam coque. caminatum a cervice expedies. teres piper, ligisticum, gingiber, pulpam caesam, alicam elixam, teres cerebel-

ad 250. fronton. ut 380. dictum a Frontone qui sub Imperatore Severo vixit et Geopon. 7, 12. 22. 12, 10. 19, 2. citatur, an a I. Frontone cuius meminit Iuvenal. 1, 12. Martial. 1, 56. — levabis in uno π Hum. pro lav. — perungues i. q. perfundes, quod Hum. edidit, vel pertanges 395.

ad 251. pro tracto lacuna in $\vartheta\varkappa$. ad 188. — oleum in sex. — levabis iam H. corr. pro lav. cf. 216. — aquae minimum par. ut aquae modicum 188. aquam eminam ed. pr. aquam eminimum sex. — tractam ed. pr. utraque vox in usu. — illic illuc. — carptum concerptum, particulatim concisum 133. iam Hum. pro cariotum vel cariotam. — versabis pones 249. — ius tale parabis 216. nos diceremus „eumque sequente iure perfundis“.

ad 252. primum membrum unum ex corruptissimis est. feci quod potui ex cod. β: pullum sic ut

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

lum ex iure coctum, ova confringis et conmiscis ut unum corpus efficias, liquamine temperas et oleum modice mittis, piper integrum, nucleos abundanter. fac in pensam et inples pullum vel porcellum. .....

253. similiter in capso facies. ossibus coniectis coques — accipies palmulum et oneras ut supra operies illum a pectore.

254. Pullus eleozomus accipiat aquam et oleum spanum abundans. agitatur ut ex se ambulet et umorem consumat. postea cum coctus fuerit, quodcunque porro remanserit inde lavas. piper aspargis et inferes.

ilique cuminatû a cervice exp. cod. γ. sic ut aliquae cuminatû omisso pullum, quod et in florr. deest. cod. par. sic ut alique (aliquor sec. man.) cinâm tû. δζ sicut aliquae cuminatum a cervi et exp. (acervi et etiam in γ. et pro „sicut aliquae“ lacuna in ϑκ) ed. pr. sicut alique cuminatum a cervice exp. forte malis carinatum carinam, alveum. — a cervice exp. a gula, a gutture aperies et exenterabis 372. ad 236. cervix rarius est anterior pars colli. — aliquam omnes praeter par. 208. similis impensa 289. — ex iure iuste 181. piper int. interpones — abundantes 254. — in pensam 159. post „porcellum“ locus videtur illis verbis 248.

ad 253. casso par. capo ed. pr. H. capsus vel est vesica bubula 372 vel omentum vel carta, in quo operimento impensa includitur et involvitur. cf. 369. 375. 402. 431. et de voce quam 369. quoque restitui Ducange II. p. 156. — ossibus palmulis 1. 52. — palmulum palmulam, palmam, de mensura palmaria s. palmari, sic pugnus 87. lentis pugillus Cat. 158, 1. — oneras corr. pro ornas. et operies pro ap. 88. ut sit coperies carta vel omento, quia eam partem inprimis nobilem igni defendebant, Mart. 13, 52.

ad 254. leocozimus sex. leocozumus γ. leucozumus β. leucozomus H. sed nihil ei iuri inest quod candidum faciat. intellege ὑδρέλαιον 87. —

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

255. Turdos aponto moenos: teres piper, lasar, bacam lauri, admisces comino garum et sic turdos per guttur inples et filo ligabis. et facies eis inpensam in qua decoquantur, quae habeat oleum, sales, aquam, anetum et capita porrorum.

256. Turtures: aperies, onerabis diligenter. teres piper, lasar, liquamen modicum. infundis ipsos turtures ut conbibant sicci et sic assas.

257. Ius in perdices: teres in mortario piper, apium, mentam et rutam, suffundis acetum, addis cariotam, mel acoetum, liquamen, oleum. simul coques et inferes.

Incipit Apici Caeli politeles.

LIB. VII.

258. Vulvae steriles: lasere vulvas — sed accipies cirenaicum vel particum — aceto et liqua-

spanum et isp. codd. cf. 5. — ex se amb. cf. in se redire 1. — lavas iure reliquo pertangis. cf. ex lacte l. 298.

ad 255. ea ut 256. 257. ex Excerptis cod. salmas. est. aponto menus et in lemm. apantomoenos cod. quod aenigma legebam *ἀποκοπτομένους* parcoptos 244. *ἁπάντων ἀμείνους*, apamenos ex Apamea Phrygiae regione, a panto s. pando amoenos, et a partico (lasare) amoenos et a penso am. et de insulis ponticis Italiae litori meridionali adiacentibus cogitabam ob Varron. 3, 5, 7. — cumino garu cod. peculiare eleogarum intellegas et de comino s. cominio oleo cf. Plin. 15, 13. 20.

ad 256. ornabis cod. malim spissos pro ipsos et sucum pro sicci. ceterum cf. 203. pungis ubique et 239. ius infundis ut combibat. ex illo loco olim scribebam conpungis.

ad 257. apiomenta cod. et mel acetum *ἄκοιτον* 69. — simul una cum perdicibus? malui simul coquet, inf. nunc conferens 240. nihil muto.

Ad librum VII. inscribitur *πολυτελής* ab impensa-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

mine temperato, appones. In vulva [et] sterile: piper, api semen, mentam siccam, lasaris radicem, mel, acetum et liquamen. Vulvae [et] steriles: pipere, liquamine, lasare partico, apponis. Vulvae steriles: pipere, liquamine et condito modico, apponis.

259. Callum, libelli, coticulae, ungellae: pipere, liquamine, lasare, apponis.

rum et opsoniorum quae in eo traduntur copia et multitudine exposita, suillo potissimum e pecore ut quo ganeae nullum plus praebuerit materiae et cuius condiendae studiosa semper fuerit gula. cf. Plin. 8, 209.

ad 258. vulva sterilis, una voce stericula s. sterilicula ap. Petron. 35, 3. res stomacho idonea, Cels. 2, 24. est uterus, μήτρα, suis virginis vel castratae. Plin. 8, 209. Mart. 13, 56. coll. 7, 20, 11. differt vulva eiecticia, μήτρα ἐκβολὰς Athen. 3, 58. suis partum enixae. Plin. 11, 210. Boettiger Kl. schrift. III. p. 225. interpp. ad Hor. ep. 1, 15, 41. ex cumino, aceto, silphio coquitur Athen 3, 59. 12, 27. impensa repleta supra 54. inanis contra ap. Naevium Macrobii sat. 3, 18, 6. ne plura ut brevis sim. — sed corr. pro et. in codd. inscriptio libri per incuriam cum contextu ita commixta laser vulvas et apices politeles lib. VII. (libras γ) cir. ad meum lasare supple condis. — appones inferes. malim temperatas ap. — condito 1. 278.

ad 259. callum porcinum 9. aprugnum, Plin. 8, 209. Plaut. Poen. 3, 2, 2. Pers. 2, 5, 4. carnem cervicis callosam, glandulosam, unde glandia s. glandulae 173. coll. 117. κόλλοπα Athen. 3, 49. Geopon. 19, 6, 3. sauschwarte. — libelli codicum sunt vel lumbelli s. lumbuli 292. lumbi aprugni Plin. 8, 210. vel labelli lambelli, labella, schweinschnuten, saurüssel. — coticulae, costiculae, Gallorum et Italorum cotelette, costola (Diez Lex. d. rom. spr. p. 114), Suevorum rippchen. codiculae caudiculae, schwanzstückchen, invenit Hum. — ungellae ungulae suum, Plin. 25, 41. Cels. 2, 22. crura porcina, Cael. Aurel. acut. morb. 1, 11. schweinsklauen 182. 116. lasera in quinque, laseras ed. pr.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

260. Vulvam ut tostam facias: in cantabro involve et postea in muriam mitte et sic coque.

261 Sumen elixas, de cannis surclas, sale aspargis et in furnum mittis vel in craticulam, subassas. teres piper, ligisticum, liquamen, mero et passo, amolo obligas et sumen perfundis.

262. Sumen plenum: teritur piper, careum, echinus salsus. consuitur et sic coquitur. manducatur cum allece, senapi.

ad 260. idem docetur de ventre 291. unde factas pro facies. in uno par. coctam pro costam et tostam, sic 291. „tostum“ et „rost.“ at 419. in omnibus „sic facies sepiam coctam“ i. e. coctivam. — in caccabo ed. pr. cantabrum est furfur tritici vel hordei et massa inde subacta, ut alibi panis inde factus sordidus quem vulgo dicunt furfureum. Gothofred. ad Codic. Theodos. T. V. p. 272. interpp. ad Cael. Aurel. p. 616. Dufresne Gloss. II. p. 108. — Lister „idem fere intelligi debet de coctione ceterarum carnis porcinae partium in hoc capite memoratarum, quae scilicet omnia primum furfure ad tostionem involvenda et post tostionem in muriam mittenda et cum sic satis salem biberint coquenda sunt. ita demum salubriores carnes fiunt condimentisque suis satis praeparata ad sapidiorem gustum“.

ad 261. sumen suis foetae s. porcae mamma ubi lac continetur undeque sugitur, οὖθαρ, ὑπογάστριον seu ὑπογαστρίδιον, suminata caro Arnob. 2, 42. in cupediis habebatur 134. 135. Mart. 13, 44. Plin. 11, 211. occisae uno die post partum optumum esse refert. cf. Hermann ad Luc. de conscr. hist. 56. p. 328 seqq. — cannas interpretantur papillas, fistulas per quas lac effluit, quod ne fiat, surculo configendas et concludendas esse, ego surculos cannicios s. canneos, lanceolas factas ex arundine donace Lin. eadem canna utitur coquus 264. — de verbo surclare 183. 268. olim conieci decusatim ex 265. — gratic. ut 264. 266. in aliquot libris ex more aetatis mediae quae inde fecit grella, graille, grille (Diez. Lex. d. rom. spr. in grada p. 180).

ad 262. plenum fartum et condimentis impletum, non „nudum“ Martialis 13, 44. sic enim legendum pro „nou-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

263. In ficato oenogarum: piper, timum, ligisticum, liquamen, vinum modice, oleum.

264. Aliter: ficatum praecidis ad cannam, infundis in liquamine piper, ligisticum, bacas lauri duas involves in augmento et in craticula assas et inferes.

dum" recteque cum Scriverio facit Bast ad Boettigeri Kl. schr. III p. 223. hecinus in sex, eclimus ed. pr. cf. 133. 425—429. 440. salsum eum fecisse Romanos salibusque condidisse apparet ex Pallad. 2, 16. 13, 6. Hor. sat. 2, 4, 33. 2, 8, 52. Iuven. 4, 143. Athen. 3, 41. Rader. ad Mart. 13, 86 mense Ianuario iustam confectionem accepisse ex Colum. 2, 16. propter ova s. colum comesum monet Aristoteles hist. an. 5, 12. coll. de part. anim. 4, 5. — quo suitur codd. volebant cos. i. e. cons. -- alleco codd. allecc ed. pr. H. cf. 288. 431. de eo garo crasso neque colato (at cf. 288.) locus primarius Plinii 31, 95. Geoponic. 20, 46, 2. cum Ien. Lit. Zeit. 1833. num. 27, p. 214. Iahn. Iahrb. 1838. XXIII p. 458. interpp. ad Hor. sat. 2, 4, 73. coll. 65. -- senape codd. corr. et 127.

ad 264. ficatum συκωτὸν, ficis aridis saginatum scil. iecur anseris, unde Itali suum fégato, Hispani hígado, Galli foie habent et Graeculi σικότι (Diez p. 140. Dufresne III p. 279.). ad rem cf. Plin. 8, 209. Pallad. 1, 30 fin. Geopon. 14, 22, 8. 11. cum interpp. et Horat. sat. 2, 8, 88. — ad cannam cultro canneo. canna seu arundine acuta ficatum aliaeque res secabantur, ne ferro inficerentur vitiumque traherent. cydonia canna vel ebore dividere ap. Pallad. 3, 25, 25. lacertae iecur acuta parte cannae tollere ap. Marcell. Emp. 22 fin. catellum lactentem de canna occide et de ipsa canna splenem eius tolle, ib. 23 fin. olivas intercidere acuto calamo ap. Pallad. 12, 22, 3. scillam arundine in partes concidere ap. Pelagon. 12 p. 55. limacum capita praecisa arundine ap. Plin. 30, 101. cf. me in Olerib. 1 p. 16. — de praepos. ad 186. — antequam assatur, inciditur cultello arundineo ut penitus combibat garum. Graecos solitos esse frixa iocinera omento involuta inferre observavit Athenaeus 3, 68. ἧπατα περιειλημμένα τῷ καλουμένῳ ἐπίπλῳ. — praecid. ante caedis, pungis? — aucmento et augum. et in γ. acmen-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

265. Ofellas ostienses: in obillam designans ofellas incute ita ut cutis sic remaneat. teres piper, ligisticum, anetum, ciminum, silfium, bacam lauri unam, suffundis liquamen, fricas. in angularem refundis simul cum ofellis. ubi requieverint in condimentis biduo vel triduo, promis, surclas decusatim et in furnum mittis. cum coxeris ofellas quas destinaveras separabis. et teres piper, ligisticum, suffundis liquamen et passum modicum ut

to legitur, quae varietas etiam 112 et Varron. L. L. 5, 22 p. 116. ubi augumentum in utroque paris. videtur magmentum esse, pinguissimum intestinum vel extum sicque differre ab omento 40. 43. 292. Iahn prolegg. ad Pers. p. XVIII. XIX. — gratic. βθκ. 261.

ad 265. ofella cum nomine detruncato offa, unde offula (Sueton. Claud. 40. Macrob. sat. 7, 8, 4. 3, 17, 11. cum duabus costis Varr. 2, 4, 11. carnis Colum. 12, 55, 4. al.) eiusdem familiae videtur cuius sanscrit. verbum pall cum participio pulas, graec. φέλα et φέλλα, sine aspiratione πέλα et πέλλα, βῶλος bolus, unde boll et ball et est fere globus globulus vel orbiculus, „offula particula a rotunditate collecta“ Hildebrandi Glossar. p. 226. in coquorum lingua pars delicatior suis aut bovis (Macrob. 7, 8, 4) forma globi abscissa vel in eam manu efficta, frustum dentium Isidor. 20, 2, 26. quod absegmen conditum et coctum nostro edulio haut absimile est cui nomen fleischkloesschen, kraepflein, in simpliciore culina cito coquebatur, Macrob. 7, 8, 4. coll. Martial. 12, 48, 17. in craticula sudat ap. Martial. 14, 221. non egere ferro structoris dicit 10, 48, 15. difficilior neque subita est Apici. ad offam penitam Plauti Mil. Glor. 3, 1, 164. cf. Fest. in penem et Arnob. 7, 24. in deliciis fuisse praeter eos locos alii testantur ap. Bulenger. De conviv. 2, 18. de alio offarum genere cum turunda comparando alibi. — otienses βγδ. ocienses θκπ. sic ab alio loco luxurioso puteolanas dictas habes in vetere lemmate Caton. 162. tarpeianum aedum infra 367. — obillam feci ex librorum ofillam, off. os. et verbum incute pro in cute. — designas ed. pr. H. obba facit obilla ut bucca buccula bucella, mamma

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

dulce fiat. cum fervuerit ius, amolo obligas. ofellas satias et inferes.

266. Ofellas apicianas: ofellas exossas, in rotundum conplicas, surclas, ad furnum admoves, postea praeduras. levas ut umorem expuant. in craticula igni lento exiccabis ita ne urantur. teres piper, ligisticum, ciperin, ciminum, liquamen et passo temperabis. cum hoc iure ofellas in caccabum mittis. cum coctae fuerint, levas et siccas, sine iure pipere asparso et inferes. si pingues fuerint cum surclas, tollis cutem. potest et de abdomine huiusmodi ofellas facere.

267. Ofellas aprogineo more: ex oleo, liquamine condiuntur et mittitur eis condimentum. cum coctae fuerint et super adicitur his cum in foco sunt conditura et denuo bulliunt: piper, con-

mammula mamilla et est pileus forma ovi per medium dissecti (ad Lucian. II p. 388 seqq. ed. Lehm.). in ob. obbatim quasi. loricae in plumam textae, specus in antrum factus ap. Vergil. 11, 771. 6, 42. — designare est formare, ἀποτυποῦν, obbae parvae instar. — incute est concute, in rotundum complica, ut paulo post, congloba, schlage zusammen, nisi malis explicare acu punge, conpunge, κέντει. — „si pingues fuerint cum surclas tollis cutem“ 266. — promis corr. pro ponis. — surdas florr. et 266. ζϑκ. ad 183. 268. — destinaveras corr. pro designaveras ut sit quod surclaveras. in Gloss. Philoxeni „destinat περιαπᾶ. arcas destinare pro deligare dixit Vitruv. 5, 12, 3. lorum quo fueram destinatus abrumpo Apul. met. 6, 27. cf. de iis verbis et Gronov. Observ. 2, 8 p. 270. 271. — ut dulce fiat 62. 182. — satias perfundis, circumspargis ex βϑκ pro facias γδ vel facies ζπ ed. pr. H.

ad 266. in rot. conplicas in obillam designas 265. — etum. expuat codd. — gratic. βϑκ. 261. — ciperis codd. — potes ed. pr. ad 132. abdomine sumine.

ad 267. aprogoneo more codd. i. q. aprugno, apruno, aprino. unam literam Solini 32. libros secutus mu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

dimentum, mel, liquamen, amolum cum iam bulliunt. et sine liquamine et oleo elixantur coquuntur et sic pipere perfunduntur. ius supra scriptum et sic bulliunt.

268. Aliter ofellae: recte finguntur ut pemma, surclantur. liquaminis summi ciatum, aquae ciatum, aceti ciatum et olei ciatum. simul mixtis et inmissis in patellam fictilem frigis et inferes.

269. Aliter ofellas: in sartagine abundanti oenogaro. piper aspargis et inferes. Aliter ofellas: ofellae prius sale et comino infusae in aequam recte friguntur.

tavi ut responderet similibus ut capragineus a capro ap. Macrob. sat. 3, 13, 12. oleagineus vitigineus ex vite factus. de apro condiendo 330 seqq. ofellae aprugneae Hum. — oleo liq. ἐλαιογάρῳ. — condimentum conditura, sed postea est petrosilenum 56. — piper — bulliunt desunt in sex et ed. mediol. — elixantur coq. 221.

ad 268. audacior fui in corrigendo codicum recte friguntur ut pene asso rodantur, unde H. fecit r. fr. ut paene assae reddantur, recte fortasse, si teneas rodantur. cf. Rostii Lex. in τρώγω. meum finguntur sit in obillam designantur ex 265. in rotundum complicantur ex 266. pemma πέμμα esse τράγημα, bellarium, dulce 300. notum ex Varrone ap. Gell. 13, 11, 6. vel Macrob. sat. 2, 8, 3. ex Nonio p. 90. lexico gr. — iam 183. 261. 265. 266. vidimus male pictum et perperam lectum d id est cl malae scripturae surdas pro surclas causam esse. sic nata sunt 297. in ϑx „haeolina“ pro „haedina“, nucida at nucicla ap. Isidor. 17, 7, 23 liclia et lidia i. e. lydia 17, 9, 18. hinc feda ap. Pelagon. 11 fin. est fecla i. e. fecula 48. et pro subduxerant ap. Non. p. m. 32, a. codex palat. habet subclauserant. — mixti βγδϑx. ed. med. missi ζ. mixtis ed. pr. H.

ad 269. oenogaro friges 270. — comino cumineo oleo corr. pro cumino 60. 255. 270. et in aequam pro in aquam ut sit sale qua et comino 64. aequa lance, pari mensura Plin. 23, 83. aequis portionibus 28, 173. cf. 90. ad Gar-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

270. Ofellas garatas: ponis ofellas in sartagine, adicies liquamen libra una, olei similiter, mellis aliquantum et sic frigis. Ofellas assas exbromabis, diligenter et in sartaginem mittis. friges oenogaro. postea simul cum ipso oenogaro inferes et piper aspargis. Aliter ofellas: in liquamine frigantur et calidae melle unguantur et sic inferantur. Ofellas lasaratas: lasar, gingiber, cardamomum et uno acetabulo liquaminis, misces cominum his omnibus tritis et ibi ofellas coques.

271. Assaturae. Assaturam assam a furno simplice. salis purimi conpensam cum melle. inferes.

272. Aliter assaturas: petrosilini scripulos VI. lasaris scripulos VI. gingiberis scripulos VI lauri bacas V. condimenti, lasaris radicis scripulos VI.

gil. cur. boum p. 41. addas „panis posca infusus“ ap. Cael. Aurel. chron. 3, 2.

ad 270. ex Excerpt. cod. salmas. — adices cod. — in promtu erat corrigere liquaminis libram unam, nolo vero medicorum latinitati mederi. — exbromabis facies ut umorem exspuant 266. de novo verbo 216. — inogaru cod. — lasaratas pro garaton et craton codicis manum esse Apici vides ex prima specie et 393. 243. — zingiber — acitabulo et cum pro cominum cod. de quo 269.

ad 271. simplicem codd. ad meam rationem supple vel „oenogaro“ ex 107. 140. vel quod praefero „iure“ ex 334. 370. et verbum „tangis“ vel „perfundis“. purimi odoribus non conditi vel candidi corr. ex 327. 366. Horat. serm. 1, 3, 14. Ovid. fast. 1, 338. pro plurimi. ad formam minus usitatam cf. Fest. in purime et ad similem „maturrime“ Halm ad Cicer. pro Caec. 2, 7. Kritz ad Sallust. fr. p. 80. conpensam conpensatam portionem, simul pensatam ut pondus salis et mellis aequetur, sale qua et melle, ad 269. ex γ restitui pro conspersam. Hum. corr. sale plurimo consp.

ad 272. gengib. ϑκπ. 29. — condimenti 56. — radicem codd. corr. ex 274. — et uno par. — modice codd. — piretri 181.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

origani scripulos VI. ciperis scripulos VI. costi modicum, piretri scripulos III. api seminis scripulos VI. piperis scripulos XII. liquaminis et olei quod sufficit.

273. Aliter assaturas: mirtae siccae bacam extemperatam cum cimino, pipere, melle, liquamine, defricto et oleo teres et ferve factum amolas. carnem elixam sale subassatam perfundis. piper aspargis et inferes.

274. Aliter assaturas: piperis scripulos VI. ligistici scripulos VI. petrosilini scripulos VI. api seminis scripulos VI. aneti scripulos VI. lasaris radicis scripulos VI. asareos scripulos VI. piretri modicum, ciperis scripulos VI. carei scripulos VI. cimini scripulos VI. gingiberis scripulos VI. liquaminis eminam, olei acetabulum.

275. Assatura sine colore elixatur et infunditur in fretali piper, condimentum, mel, liquamen et attoritur in clibano quousque coquatur. elixam vero colorare si voles, sine conditura assas et sucum callicum perfundis.

ad 273. extemperatam ex par. pro extenteratum codd. et exent. ed. pr. cf. 43. — sale et oleo assatur 111. coll. 114. cf. 58. oleum per se intellegitur.

ad 274. petrosileni β ed. pr. et cod. δ qui ab hoc loco petrosilin. pingere amat. — semen — radicem in sex et ed. pr. — assareos in quinque et ed. pr. 363. in quatuor asereos, in $\gamma\delta$ aseros. sic ammeos 29. nominativus plantae qui nunc est ἄσαρον erat olim etiam ἄσαρι, ut est ζιγγίβερι, κιννάβαρι, πέπερι. Isidoro 17, 9, 7. virtute nardo simile est, quod a Dioscor. 1, 9. et Plin. 12, 47. coll. 21, 30. habet. hod. as. europaeum. — gengib. β. 272.

ad 275. corr e vestigio cod. β. assaturas in collare et necessario colorare pro collare, simile vitium sustuli 287. emendetur ut in multis lexicon. — frĕtale frictorium, sartago, ut fretum derivandum a πρήθειν braten. — condim. 56. — atteritur codd. attoretur H. cf. 122. 136. —

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

276. Ius in elixam omnem: piper, ligisticum, origanum, rutam, silfium, cepam siccam, caroenum, mel, acetum, olei modicum. persiccatam et savano expressam elixam perfundis.

277. Ius in elixam: piper, petrosilinum, liquamen, acetum, cariotam, cepullam, olei modicum. perfundis calido iure. Ius in elixam: teres piper, rutam aridam, feniculi semen, cepam, cariotam, liquamen et oleum.

278. Ius candidum in elixam: piper, liquamen, vinum, rutam, cepam, nucleos, conditum modicum, de bucellis maceratis unde stringat, oleum. cum coxerit ius, perfundis.

279. Aliter ius candidum in elixam: piper, careum, ligisticum, timum, origanum, cepullam, dactilum, mel, acetum, liquamen, oleum.

280. In copadiis ius album: piper, ciminum, ligisticum, rutae semen, damascena, infundis vinum, oenomeli et aceto temperabis. timo et origano.

calidum et callidum codd. rarius adiect. restitui etiam 416. 446. idem faciendum Plin. 16, 177. 37, 110. 147. 151. 163. de aliis iuris coloribus 51.

ad 276. cf. 376. sabano et sav. 215.

ad 277. cal. iure cum coxerit ius 278.

ad 278. conditum 1. — buccelis et buccell. codd. malui alterum ceicere et 294. 302. 359. cf. 265. „debuccellatus“ bucellato conditus ap. Plin. Val. 1, 6. id est pane annulari bis cocto, in parvas bucceas seu frustula diviso et macerato, quo inprimis milites utebantur, ad Vopisc. in Tacit. 11. Ammian. 17, 8. 2. p. 279. Salmas. in Solin. p. 568. a. Dufresne Gloss. 1. p. 793. 794. idem vel simile quid est confractum 53. — coxerit ex βπ pro coxeris. at cf. 394. 425. unde scribas cum coxeris, ius perf.

ad 280. compadiis in pluribus, 59. — origano agitabis 281. 282. prigano in sex. cogitabam de prasio origano Plin. 20, 175.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

281. Aliter ius candidum in copadiis: piper, timum, ciminum, api semen, feniculum, rutam, bacam mirtae, uvam passam. mulso temperas. agitabis ramo satureiae

282 Ius in copadiis: piper, ligisticum, careum, mentam, nardostatium, folium, ovi vitellum, mel, mulsam, acetum, liquamen et oleum. agitabis satureia et porro. amola ius.

283. Ius album in copadiis: piper, ligisticum, ciminum, api semen, timum, nucleos infusos, nuces infusas et purgatas, mel, acetum, liquamen et oleum.

284. Ius in copadiis: piper, api semen, careum, satureiam, cneci flores, cepullam, amigdala tosta, careotam, liquamen, oleum, senapis modicum. defricto coloras.

285. Ius in copadiis: piper, ligisticum, petrosilinum, cepullam, amigdala tosta, dactilum, mel, acetum, liquamen, defrictum, oleum.

286. Ius in copadiis: ova dura concidis, piper, ciminum, petrosilinum, parvum costum, mirti bacam, plusculum mel, acetum, liquamen, oleum.

ad 281. unam, passum in quinque. 286.

ad 282. careomentam β. 74. — nardostatium codd. ut 347. Theod. Prisc. de diaeta 15. nardostachyon H. ναρδοστάχυον et ναρδόσταχυς, νάρδου στάχυς, spica nardi, spica indica 31. 230. 426. cf. Th. Kruse Indiens alte gesch. p. 387. — folium nardinum 30. 31. 35. 230. 347. 426. an latum semen silphii ex Theophr. hist. pl. 6, 3, 1. 4. Galen. Gloss. Hippocr. p. 594? — mulsam et mulsum codd. 297. — satureiam in septem. cf. 348. — amulabis π. amula vis β. an amula si vis 334?

ad 284. cneci flores ut 228. 333. corr. pro cnechi flos βδ. cnechi flos γζ. ed. pr. enechi florem π. pro ea voce lacuna in ϑκ.

ad 286. concidis corr. ex 106. pro incidis et 288. concisum pro ine. — parvum costum corr. pro

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

287. Ius in elixam anetatum crudum: piper, aneti semen, mentam siccam, lasaris radicem, suffundis acetum, adicies cariotam, mel, liquamen, senapis modicum, oleum, defricto temperabis et hoc colorare pergito.

288. Ius in elixam allecatum: piper, ligisticum, careum, api semen, timum, cepullam, dactilum, allecem colatum, mel et vinum, temperas. apium viridem concisum super aspargis. oleum mittis et inferes.

289. Ventricula. Ventrem porcinum bene exinanies, aceto et sale, postea aqua lavas et sic hanc inpensam inples: pulpam porcinam tunsam tritam, ita et enervata conmisceas cerebella tria et ova cruda, cui nucleos infundis et piper integrum mittis et hoc iure temperas: teres piper, ligisticum, silfi, anesum, gingiber, rutae modicum, porrum coctum ut sit quod modicum 31. 272. cf. minimum piretrum 45. gingiber 50. forte parum paucum, Hildebr. ad Apul. II. p. 70. Fuss in Iahn. Arch. XIX. p. 450. seqq. -- bacam, bacas, vaccas codd.

ad 287. anetatam codd. idem fere ius in pullum 238. ad quam ea compositio pertinere videtur, vel meliorem locum habet post 219. — codd. defricto, oleo temp. et hoc collare (in coll. $\beta\pi$) porcino. unam vocem transposui ut „hoc“ referatur ad „defricto“ cf. 238. coll. 192. 156. 284. 337. ad 67. — collare certo certius colorare est ut 275. — ex porcino facias etiam porgito, Terent. Ad. 5, 3, 53. et restituas „exporgerent“ Tacito ann. 14, 7. vel legas et hoc sine colore porgito sine defricto porrigito.

ad 288. ut ius antecedens ab aneto, sic istud ab allece nomen habet. alligatam codd. — careo in sex, carenum par. et semper fere. — melle et vinum in sex. melle et vino t. ed. pr. H. — incisum codd.

ad 289. ventriculi π H. intellege stomachum suillum callo aliisque carnibus refertum, schwartenmagen. — tunsam ex 74. pro ton-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

liquamen optimum et olei modicum. reples aqualicum sic ut laxamentum habeat, ne dissiliat in coctura. surclas ambas et in ollam bullientem summittis. levas et pungis acu ne crepet. cum ad dimidias coctum fuerit, lavas et ad fumum suspendis ut coloretur. et denuo eum perelixabis ut coqui possit deinde liquamine, mero, oleo modico.

290. Et cultello aperies et cum liquamine et ligistico apponis.

291. Ventrem ut tostum facias, in cantabro involve, postea in muriam mitte et sic coque.

292. Lumbuli [et renes] assi ita fiunt:

sam — ita ut codd. — liq. opt. et olei mod. omittit ed. pr. intellege garum sociorum, primarium, cruore admisto nigrum, e solis scombris ad freta herculea confectum et per equites romanos societate iunctos Romam missum. Galen. compos. medic. 3, 1. Strab. 3, 4, 6. ad Horat. serm. 2, 8, 46. Gargil. Cur. boum. p. 22. — aqualiculum Hum. ventrem porci sic dici docet Isidor. 11, 1. 136. coll. Veget. 2, 12, 1. Wernsdorf. Poet. Lat. min. II. p. 237. vers. 83. Senec. ep. 90, 22. Edict. Diocl. 4, 12. — laxamentum laxationem, spatium 248. arcte ne farciatur, docet coquus. -- surdas ζϑκ. 268. — ambas luras. Turneb. Advers. 7, 18. Parei Lex. crit. p. 698. ventriculus duos scil. exitus habet. — qua dimid. codd. i. e. quum ad d. sic „quod“ 124. est „quum“. — coctus π H. corr. pro levas. — coletur γ. coleretur π et β a sec. manu, coloret ζ. quod placet, cf. 401. ad 25. — perelixabis perfecte elixabis ex β ed. pr. pro perlix. vel perlax. π H. ad 221. idem fere fit in omentato 40.

ad 290. alia coquendi ratio docetur, nam „cultello aperies“ idem fere quod „acu punges“ et „apponis“ ad ignem ponis 187. 258. 404. quamvis etiam sit quod inferes 41. 116. 216. et 428? — et eum βδϑκ. — ad „cum“ cf. 58. 59. 64. 216. 293. al.

ad 291. idem de vulva docetur 260. tostum et rostum codd. — in caccabo par. --

ad 292. et renes ut glossema cum β eieci, nihil aliud sunt quam lumbuli

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

aperiuntur in duas partes ita ut expansi sint et aspargitur eis piper tritum, nuclei et coriandrum concisum minutatim factum et semen feniculi tritum. deinde lumbuli recluduntur passi et consuuntur et involvuntur omento et sic praedurantur in oleo et liquamine, inde assantur in clibano vel craticula.

293. Pernam, ubi eam cum caricis plurimis elixaveris et tribus lauri foliis, detracta cute tessellam incides et melle conplebis, deinde farinam oleo subactam contexes et ei corium reddes. et cum farina cocta fuerit, eximas furno, ut est et inferes.

294. Pernae coctúram: ex aqua cum caricis cocta simpliciter, ut solet, illata cum bucellis, caroeno vel condito, melius sucu ex musteis.

seu lumbi, ut in tribus et Decim. Laber. 145. ap. Plin. 8, 210. lumbus aprunus, gallinaceus ap. Iul. Capitol. in Pertin. 12. inde lumel, lumelbraten, gall. nomble, ital. nombolo. cf. Pott Forschung. II p. 100. rippchen vertit Boettiger Verm. schr. III p. 222. — minut. factum iungo ex 132. et glossema habeo. — excluduntur $\vartheta\varkappa$. eclad. π. lumbolis eclud. β. evolv. $\gamma\delta\zeta$ ed. pr. volebant forte convolv. Hum. ed. revolv. — passi i. q. expansi corr. pro assi — consumuntur in sex.

ad 293. tesellam $\beta\gamma$. tesselam π. tessellatim H. perna tota manet neque sectiones, $\tau\varepsilon\mu\acute{\alpha}\chi\eta$, $\varkappa\acute{\upsilon}\beta o\iota$, ex ea fiunt, cava modo quadrato exciduntur. — contexes confinges, definges corr. ex 232. pro conteres. — coreum codd. sed 331. corium. — ut cum codd. — farina corium illud e farina factum, teigueberzug. — ut est add. ex $\beta\pi$. ut et $\vartheta\varkappa$. —

ad 294. ut solet ut moris est, an ut supra doctum? — inlata codd. in lance Hum. qui locum multo aliter construxit corruptissimum. codd. vatic. et florr. cum ed. pr. inlata cum buccellis caroeni vel condito melius sicut musteis petasonem ex (et $\gamma\delta$ ed. pr.) musteis petasonem elixas. par.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

295. Petasonem ex musteis: petasonem elixas cum bilibri orei et caricis XXV. cum elixatus fuerit, decarnas et armillam illius, candenti vatillo uris et melle contingis. quod melius, missum, in furnum melle oblinas. cum coloraverit, mittis in caccabum passum, piper, fasciculum rutae, merum, temperas. cum fuerit temperatum, dimidium in petasonem perfundis et alia parte piperati bucellas musteorum pactas perfundis. cum sorbuerint, quod mustei recusaverint petasoni refundis.

illata cum b. caroeno vel cond. melius musteis. Petasonem. ex musteis pet. el. — melius erit 236. feceris 305. — sucu melle 189. 252. non minor crux est compos. sequens.

ad 295. mustea scil. poma s. mala sunt sapore musti eiusque suco plena, musapfel, süssapfel ex iisque quoddam defrutum decoquebatur cui melle adsperso nomen erat melitites, isque sucus vel mel malorum musteorum adhibebatur potissimum ad quandam pultem seu libum e farina silignea et dicebatur μουστάκιον, mostkuchen, ad 189. malumque ipsum in partes divisum et in sole siccatum pro pulmentario erat, Colum. 12, 14. recens etiam farinae subactae massa circumdatum in furnoque assatum, nostri panis instar cui nomen birnbrod, krapf, ad varia adhiberi poterat. ad panes musteos cf. Plin. 18, 101. Pallad. 11, 21. — bilibre β. bilibra π. — orei s. oraei, horaei pro ordei corr. ex Plin. 11, 36. ubi mellis aestivi genus ὠραῖον, horaeon in cod. rescripto dicitur, mense Iunio confectum, Pallad. 7, 7, 3. aestate acta, Varr. 3, 16, 34. cf. Magerstedt Bienenzucht p. 82. — an decorias? vel decarnas et carnillam carunculam. 339. iubet per articulum pernae palum mittere ita ut cutem a carne separes, am hueftknochen hinab. — nostro loco intellegendum os humeri, petaso scil. ex artubus prioribus sumitur. — vatillum ut 406. alibi saepius batillum, unde hispan. badil et badila, ital. badile, nomen cum „βατάνιον“ a πατάνη patina derivatum, explicant foculum mensarium hoc est vas illud quod in mensis cum prunis lancibus escariis subici solet, autepsam veterum quidam esse autumant, vas

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

296. Lardi coctura: tectum aqua cum multo aneto coques, oleum modicum destillabis et modicum salis.

297. Iocinera aedina vel agnina sic coques: aquam mulsam facies et ova, partem lactis admiscis eis ut incisa iocinera sorbeant. coques et oenogaro pipere asparso inferes.

298. Aliter [iocinera] in pulmonibus: ex lacte lavas pulmones — et colas quod capere possunt — et confringis ova dua cruda, salis grana pauca, mellis ligulam et similam conmiscis et inples pulmones, elixas et concidis.

duobus fundis, quorum inferiori igniculus superimponebatur, superiori sive interiori cibi quos igniculo coqui volebant. ἐπινολέβητα etiam confert Is. Vossius ad Catull. p. 318. seq. super eo „prunae batillo“ Horatii serm. 1, 5, 36. spongia torretur ap. Marcell. Emp. 27. p. 127. b. ed. Ald. batillis ferreis candentibus ramento imposito argentum quod candidum permaneat probatur ap. Plin. 33, 127. et experimentum aliud fit 34, 112. Wackernagelii Vocabul. Opt. p. 18. „batus batillus gluothafen“. — oblinas corr. pro obligas. — passum in plurimis deest, si suo loco est, explicabis pandum, flach. — aliam partem codd. — pactas corr. pro fractas vel factas cf. 302. — musteo par. unde conicias musto factas confectas. — sorbuerit et recusaverit codd. in uno ζ recusaverint quod est „non sorbuerint seu imbiberint“.

ad 296. lardum vel laridum est caro suilla quoquo modo salita et siccata, Veget. de re mil. 4, 7. larida caro in Cod. Theodos. 8, 4, 17. id est λαρινὸς Athen. 9, 18. non „large arida“ sec. Macrob. sat. 7, 12, 2. speckpoekelfleisch vertit Mommsen ad Edict. Diocl. p. 72. 73. — destill. superinstillabis corr. pro distill.

ad 297. aqua mulsam ed. pr. 282. — partem modicum ut 160. — incisa cultello vel acu puncta. — oenogaro 299. scripto perfundes.

ad 298. iam vidit Hum. iocinera, quod de iis nihil docetur, delendum. ex l. lavas lacte perfundis 12. — et parentheticum sacpe

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

299. Teres piper, suffundis liquamen, passum, merum. pulmones conpungis et hoc oenogaro perfundis.

300. Dulcia domestica: palmulas vel dactilos [et copto], semine, nuce vel nucleis, mel, pi-

significat „sed“. — confringis pro infr. corr. ex 124. 132. 134. 135. 140. 434. al. — dua βγδ pro duo 141. — similam corr. pro simul ex 305. — nonnullis omissis inter utrumque „pulmones“ sex codd. habent inples pulmones et confringis. — inples perfundis illa impensa, ubi ea massa cocta est, insuper perfunditur oenogaro descripto. — pro confringis emend. conpungis ex 301. 320. cf. et 256.

ad 300. Ea dulcia diu mihi erant amarissima. dulcia esse μελίπηκτα (Lucian. Asin. 46. Athen. 4, 72. 14, 49.), μέλιτι δεδευμένα, μελιτώματα πεπεμμένα, ad quae praesertim σταῖς farina triticea adhiberetur quaeque melle asperso sumerentur (Ath. 14, 53), unde mellita edulia dicuntur Apuleio met. 10, 13. atque a pistore dulciario (Becker Gall. III. p. 200.) πλακουντᾳρίου (Salm. ad Lamprid. Heliog. 32) in globum seu glomum conformata, unde globuli dicuntur a Catone 79. Varr. L. L. 5, 22. §. 107. σφαιροειδῆ πέμματα ab Athen. 14, 56. coll. 53 seqq. (ad 268), notum est (cf. Lanzoni Opp. III. p. 325 seqq. minus vero cur domestica nominata sint. tentabam damascica seu damascena, vel formae globosae gratia glomerata, vel donatica ex Fest. p. 69. 201, 28. postea codices secutus interpretabar per coquos domesticos, domesticatim apparata, domestice confecta, privata, vernacula, hausgebackenes, domicoenium Martialis, ut vel alienigenis externisque opponantur vel publicis et in sacris offerendis, ex Fest. p. 98. „glomus in sacris crustulum cymbi figura ex oleo coctum appellatur“, de quo genere cf. Lobeck Aglaoph. p. 1060. seqq. nunc mihi sunt οἰκητήρια, οἰκόδιαιτητικά, quibus medico non advocato domi, pro medicamento usui domestico destinato uterentur, als hausmittel. — palmulas accipies. — quia ed. pr. istum perversum contextum habet palmulas vel dactylos et infarcies sales foris contingis et cepto semine nuce vel nucleis vel piper tritum [cimparties. sales foris

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

per tritum. confarcies, sale foris contingis. frigis. in melle cocto et inferes.

contingis] frigis in melle cocto et inferes. (verba inclusa non sunt in mediol.) sui procul dubio codicis ope Hum. edidit p. v. d. excepto semine, nuce v. n. vel pipere trito infarcies, sale foris contingis, frigis in melle cocto et inferes et „excepto semine“ interpretatus est „ossibus et nucleis dactylorum exemtis“. quum vero in sequentibus particulis alica et simila in ea dulcia adhibeantur, in tempore vidi semen non esse palmularum, sed adoreum, neque tamen Plinii 18, 115. alicam excepticiam vel siliginem exceptam 18, 93. quae prior mea sententia erat. ut frumentum aliquoties, Martial. 12, 73, 5. Apul. met. 6, 10. Edict. Diocl. 1, 1. est quod triticum, sic semen non raro est zea, Scribon. 70. Plin. 18, 112. 198. 82. 115. 22, 124. Colum. 2, 6. Diosc. 2, 118. Geopon. 3, 7. Isidor. 17, 3, 6. triticum spelta L. Petit Comment. ad Aretae. p. 254. ed. Lugd. Bat. „Asclepiades ap. Galen. lib. 9. de compos. medic. κατὰ τόπους cap. 3. far idem esse quod ζειάν Graecorum existimavit — sed est tamen eorum id discrimen quod ζειὰ est genus illud frumenti ex quo far conficiebatur, quod κατ' ἐξοχήν semen dicebatur“. addo Pelagon. 1 p. 15. „seminis farina id est far cantabrum“. lego enim neque „excepto“ cum par. neque et cepto vel et coepto cum reliquis, sed ut iam secunda manus codicis γ correxit et copto — volebat copta — quae graecolatina vox minus cognita a margine in contextum irrepsit. κοπτὸν seu κοπτὴ (κοπτῆς φιλίαι πλάκες Straton in Anth. Pal. 12, 2, 12) coptum, copta (Petron. 40, 4. Martial. 14, 68), deminutivum κοπτάριον, compositum κοπτοπλακοῦς (Athen. 14, 57.) coptoplacenta (poeta in Wernsdorf. Poet. lat. min. T. II. p. 234. „nos facimus populo studiose coptoplacentas“) placentae fuit durissimae genus, non longe abhorrens a pasta regia quam martium panem s. massapanem vocamus nomenque duxit a contundendo (non a Copto, ut delirat Laurent. Lyd. de mens. 4, 5. p. 154.), quia ex materia contusa constabat ut nucleis pineis, amigdalis, simila, pipere cocto et despumato, μελίπηκτον interpretatur Athen. 14, 60. Hesych. II. p. 315. sic copta sunt quae dulcia. cf. et ad Polluc. 6. 78. eiusmodi placentulis

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

301. Aliter dulcia: musteos afros optimos rades (panges) et in lacte infundis. cum biberint, in furnum mittis. ne arescant, modico eximes. eos calidos melle perfundis, conpungis ut bibant. piper aspargis et inferes.

302. Aliter dulcia: siligineos rasos pangis et bucellas maiores facis, in lacte infundis, frigis et in oleo. mel superfundis et inferes.

pro offulis seu morsulis ad molliendam alvum veteres medici usi sunt. quod videre licet e Galen. De comp. med. sec. loca 7 p. 58. de loc. aff. 7. p. 397. Diosc. 2, 125. 4, 187. Aet. 1, 4, 12. Artemidor. 1, 74. Foes. Oeconom. si et copto non sunt glossema ad „dulcia“, is panis dulcis durus, ut myxa i. e. panis ex fructibus cordiae myxae paratus utque bucella et confractum, ad alia quoque dulcia insumebatur, ut ad porcellos arte factos ap. Petron. 40, 4. quo dato dactyli, nuces, alica e farre facta et elixata, copta contunduntur, huic pulticulae piper et mel infarcitur, totum coagulum foris sale leviter imbuitur, in oleo frigitur et frictum melle despumato per funditur. — mel corr. pro vel et confarcies pro infarcies ut sit confertam massam, offam facies seu bucellas 302. coagulum 304. et sale ex π H. pro sales. cf. 366.

ad 301. musteos panes 295. — afros β. aphros par. ed. pr. musteo safros γ et flor panem aphrum bis habes apud Plin. Val. 2, 28. alexandrinum 118. Alexand. Trall. 8, 7. Cael. Aurel. chron. 4. ex frumento alexandrino candido. Plin. 18, 66—68. 20, 163. Theophr. hist. plant. 8, 4, 3. Geopon. 3, 3, 11. 3, 8. i. e. ex tritico alexandrino quod farris speciem interpretatur Schneider ad Varron. p. 380. cf. nos ad 300 et 180. musteos apios ed. Hum. i. e. apii bulbos, mustei isti sunt recentes, teneri, dulces! — optimos interpretamentum videtur, — panges adieci et modico scripsi pro modice 241.

ad 302. siligineos panes, ex siligine, genere tritici levissimi et candidissimi, tritici hiberni L. factos. Isidor. 17, 3, 7. al. — „radere panem“ explico confringere, frangere, reiben, inde romanum ralar reiben, ralo reibeisen 240. — pangis corr. pro frangis.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

303. Dulcia: piperato mittis mel, merum, passum, rutam, eo mittis nucleos, misces alicam elixatam, concisas nuces, avellanas tostas adicies et inferes.

304. Aliter dulcia: piper, nucleos, mel, rutam et passum teres, cum lacte et tractam, coges coagulum, coque cum modicis ovis perfusum, melle asparsum et inferes.

305. Aliter dulcia: accipies similam, coques et in aqua calida, ita ut durissimam pultem facias. deinde in tabellam expandis. cum refrixerit, concidis. quasi ad dulcia et frigis in oleo optimo. levas, perfundis mel. piper aspargis et inferes. melius feceris, si lac pro aqua miseris.

306. Tripatinam: accipies lac, adversus patinam aestimabis, temperabis lac cum melle quasi

ad 303. similis est patina 122 et 136. dulcia piperata. mit. codd. corrigebam dulcia: piperato mittis mel ut dulce sit 141, et ex eadem patina dulcia: piperatum mittis scil. in patinam. „piperatum“ est piper cum liquamine tritum 80. 96. piper, ruta, merum 295. et piperis ratam m. i. e. portionem determinatam, firmam, certam, contingentem. misces corr. pro nuces. — post „adicies“ quaedam exciderunt quae suppleas ex 304.

ad 304. tractam misces illi massae tritae. — coges corr. pro coques. explico: ex illa massa conferta depsta coagulum i. e. pultem quasi coagulatam, quae nobis dicitur klos, facies. coctum aliquot ovis crudis perfunditur sicque inauratur. — pro cum malim tum vel coctum, — melle in quinque deest.

ad 305. in aquam calidam codd. corr. ex 427. — durissima pulte libri praeter ed. pr. et Hum. — tabellam ex 41. 169. corr. pro patellam. — concidis pultem siccatam, dissecabis in bucellas sive offas. — ad ex 306. 185. 186. adieci. — pro aquam β. per aquam ed. pr.

ad 306. tiropatinam placentam in modum casei e lacte, ovis, melle confectam interpretantur. at legen-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

ad lactantia, ova quinque ad sextarium mittis, si ad eminam, ova tria. in lacte dissolvis ita ut unum corpus facias. in cumana collocas et igni lento coques. cum duxerit ad se, piper aspargis et inferes.

307. Ova sfongia ex lacte: ova quattuor, lactis eminam, olei unciam in se dissolvis ita ut unum corpus facias in patellam subtilem adicies olei modicum facies ut bulliat et adicies inpensam quam conparasti. una parte cum fuerit coctum, in disco verses, melle perfundis, piper aspargis et inferes.

dum tripatinam ex tribus rebus paratam. sic ap. Plin. 35, 162. tripatinum s. tripatinium a tribus ferculis nomen habet, ap. Ael. Spart. in Adrian. 5. tetrapharmacum a quatuor, scil. constabat ex duabus avibus gallinaceis, pavone et phasiano et similiter ex duabus praecipuis et maxime aestimatis partibus suillae carnis, nempe sumine et perna sed aprugna id est ferina crustulataque id est farina in crustulum cocta superinducta. ita una tantum species perna crustulata et aprugna, non duae aut tres. id nomen a medicina desumtum, ad Garg. cur. boum p. 31. de litera r transposita diximus ad Gargil. 18. p. 33 et 47. — lac. adv. pat. aest. modum lactis ex magnitudine patinae terminabis et perpendes. Hum. e cod. suo edidit adversus quod p. a. „pro lactis ratione patinam eius sufficienter capacem accipere considerabis“. — lactantia codd. lactentia Celsi 2, 28. 29. in paucis lactantia, lactaria Lamprid. in Heliog. 27. 32. „lacticina γαλάκτινα, ὠόγαλα“ Gloss. Philox. „lactentia quasi suco lacteo plena“ Papias. in media aetate lacticinia i. e. cibi ex lacte confecti, milchspeisen, saepe obviam fiunt. eadem edulia et „lactantia“ et „lactentia“ dixisse videntur ut adhuc subrumum „lactantem“ et „lactentem“ 306. — heminam ed. pr. H. iminam β. imina in ceteris. — cumana cum Hum. ex 205. 243. pro cumina β. cuminata ceterorum — in igni ed. pr. —

ad 307. a qua similitudine ea patina „spongia“ dicatur difficile dictu. puto, quia una tantum parte coquatur, altera spongiosam

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

308. Melca: lac acidum, piper et liquamen, mel. sale, oleo et coriandro.

309. Bulbos olei liquamine, aceto. inferes modico cimino disparso. Aliter: bulbos fundis, aequo ex aqua coques, deinde oleo frigis. ius sic facies: timum, puleium, piper, origanum, mel, acetum mo-

esse posse, spongiae similem, inflatam, tremulam. panis quidam ap. Isidor. 20, 2, 16. spongia dicitur, quod humectationis plus accipiat quam omnis panis, „schwammicht brod“ adhuc auditur. quando olei portio parva in patella tenui (sed malim fictilem ex 268.) bullit, massa ex ovis, lacte, oleo constans et in se dissoluta et in unum globum confecta in oleum bulliens mittitur et ab inferiore parte inassatur. quod ubi factum, in lancem mittitur. — verses ex par. pro vertes.

ad 308. melce et melcae in indice capitulor. mel ed. pr. sed ed. mediol. omittit. in lemm. mel castum codd. mel caseum ed. pr. ex melle corr. Hum. menda codicum mel castum vel caseum ut ed. pr. peperit vox librariis ignota melce sive melca, quae romana est et edulium lactans sive ex lacte significat, quod fere ut oxygala fit, apud Romanos usitatum erat, fastidientibus et aestate ad refrigerandum dabatur. Galen. meth. medend. T. 6. p. 811. de bono et malo suc. 21. Paul. Aeginet. 3, 37. cui ὄψον τι διὰ γάλακτος dicitur et romanus cibus. Graecorum ὀξύγαλα habetur, lac leviter coagulatum et acidulum, comparandum fortasse cum ὀξυγαλακτίνῳ τυρῷ Aetii 1, 2, 98. Galen. fac. aliment. 3, 16. nostro cui nomen quarkkaese, süsser kaes aus sauermilch. ὀξύγαλα ἡδυσμένον memoratur in coena Persarum ap. Polyaen. 4, 3, 31. inde lac acidum restitui, cf. Plin. 28, 135. Ctes. Ind. 22. Strab. 7, 4, 6. Geopon. 18, 21, 1. et mel pro vel. coriandri semen vel viridium condimentorum fasciculos addit Colum. 12, 8.

ad 309. bulvos et vulvos codd. ex 313. addo pulvos et pulbos 181. — olei liq. nisi malis oleo, liq. explices ἐλαιογάρῳ seu γαρελαίῳ. — inferes ed. pr. H. pro infere. — dispersо. βγ. — fundis infundis corr. pro tundis. sic tracta et fracta confusa 176. forte findis. cf. 316. — pro aquo codicum, aqua ed.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

dicum et, si placet, modicum liquamen. piper aspargis et inferes.

310. Aliter: bulbos elixas in pultarium pressos, mittis timum, origanum, mel, acetum, defrictum, cariotum, liquamen et oleum modicum. piper aspargis et inferes.

311. [Varro siquidem de bulbis dixit „in aquam qui Veneris otium quaerunt“, deinde ut legitimis nuptiis in cena ponuntur, sed et cum nucleis pineis aut cum erucae sucu et pipere.]

312. Aliter: bulbos frictos oenogaro inferes.

pr. unde Hum. atque fecit, corr. aequo ex aequo 54. — mel terendi gratia.

ad 310. totus articulus deest in mediol. et ed. prima manca est. elixos codd. et liquamine ol. — cariotum corr. pro careotam et caroetam 34.

ad 311. vel locus parallelus est a literato homine ad marginem appictus vel ut reliquum habendum Apici olim integri, hodie libati. idem valet de 64. si quidem feci ex si quid. — dixi βϑκπ. — Hum. refert pro in aquam aliquos legere iniquum. supple „mittere“. — pro ostium β. hostium ceterorum scripsi olim hostrum ostrum, ostreum, concham Plauti Rud. 704. unde Italorum ostrica, nostratium schnecke, pudendum muliebre. nunc otium. — in leg. β. bulbos venerem stimulare salacesque esse multi dixerunt ut Athen. 2, 64, 65. Mart. 3, 75, 3. 13, 34. et erucam in venerem accendere 10, 48, 10. Plin. 19, 154. coll. 20, 19. 126. Lus. in Priap. 51, 20. 46, 8. 47, 6. Vergil. moret. 85. Diosc. 2, 169. sucum esse explicandum erucam decoctam patet ex Marcell. Emp. 33. „ad abundantiam seminis praeparandam erucam decoctam bibat, quoties quisque inopia seminis se laborare perspexerit vel potius assidue incoctam manducet“ qui paulo post id medicamentum habet „erucae seminis scrup. III. bulbi rufi scrup. III. nuclei pinei scrup. VI. spicae nardi scrup. III. teres singula“ cet. sucum, suci, suco codd. ad formam „sucu“ cf. Hildebr. ad Apul. 1 p. 837. b.

ad 312. oenogaro perfusos 299. 112.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

313. Fungi farnei: elixi, calidi exiccati oenogaro, pipere accipiuntur, ita ut piper cum liquamine teras.

314. In fungis farneis: piper, caroenum, acetum et oleum.

315. Aliter fungi farnei elixi ex sale, oleo, mero, coriandro conciso inferuntur.

316. Boletos: fundis. caroenum, fasciculum coriandri viridis. ubi fervuerit, exempto fasciculo inferes.

317. Boletos aliter: coliculos eorum liquamine vel sale asparsos inferunt.

318. Boletos aliter: tirsos eorum incisos in patellam. uvam perfundis addito pipere, ligistico, modico melle, liquamine temperabis. oleum modicum.

ad 313. pro farnei codicum Hum. ed. faginei quod qui ex arbore fago nascantur minus perniciosi sint. farnei sunt qui circa radices farni gignuntur, quae arbor, cuius mentio ap. Vitruv. 7, 1, 2. Pallad. 1, 9, 3. aliis est fraxinus, contracte franus, farnus, unde Italorum farnia fargna, Gallorum fraisne fresne frêne, aliis quercus species, pro qua sententia laudari potest Plin. 16, 31. qui quercus fungos probatissimos dicit. — exiccati β ed. pr. exiccari $\gamma\delta\pi$. et siccari $\zeta\vartheta\varkappa$. conieci et siciati sicio i. e. impensa conditi. — ingaro et inagaro codd. — teres codd. sed 96. ubi idem colon tereas et teras.

ad 316. fundis corr. pro fungos ut 309.

ad 317. caliculos codd. col. ed. pr. H. similiter variant Plin. 16, 244. vox derivanda non a calyce, sed a caule, cole, unde $\varkappa\alpha\upsilon\lambda o\mu\acute{\upsilon}\varkappa\eta\tau\varepsilon\varsigma$ ap. Lucian. ver. hist. 1, 16. — pro sale et 324. 441. liquamen adhibetur, Galenus de fac. alim. 2, 44. in brassica cum garo paranda dicit nihil referre, si sal loco gari sumatur. — inferuntur $\gamma\delta$.

ad 318. tyrsos $\zeta\pi$. in plantis id quod in virgulae modum vel teli rectitudinem consurgit thyrsi nomen sibi vindicat, ut in asparago Plin. 19, 146. lactuca 123. ubi nostro dorsch et strunk respondet, in boleto hut Diez Lex. d. rom. spr. p. 349. 350. — uvam ex par. ovam β ova vulgo ut 384. est uva marina vel thynni vel echini marini, cuius gratia cauda

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

319. Tubera radis, elixas, sale aspargis, et surculo infigis, subassas et mittis in caccabum oleum, liquamen, caroenum, vinum, piper et mel. cum fervuerit, amolo obligas. tubera exoneras et inferes.

320. Aliter tubera: elixas et asparso sale in surculis affigis et subassas et mittis in caccabum liquamen, oleum, viride, caroenum, vinum modicum et piper confractum et mellis modicum et ferveat. cum fervuerit, amolo obligas et tubera conpungis ut conbibant illud. exoneras. cum bene sorbuerint inferes. si volueris, eadem tubera omento porcino involves et assabis et sic inferes.

321. Aliter tubera oenogaro: piper, ligisticum, coriandrum, rutam, liquamen, mel, vinum, oleum modice. calefacies.

322 Aliter tubera: piper, mentam, rutam, mel, oleum, vinum modicum. calefacies et inferes.

323. Aliter: tubera elixa cum porro, deinde sale, pipere, coriandro conciso, mero optimo. inferes.

324. Aliter tubera: piper, ciminum, sili, men-

cui inhaerebant ova ad speciem uvae saliebatur et sub nomine *οὐραῖον*, horaeum item, *ὥραιον*, quia circa ver conficiebatur, in deliciis erat. hodie dotter, dottersack. Oken V. 1. p. 534.

ad 319. surculo inf. 183. exoneras surculos tollis corr. pro exornas et 320. unde quaedam suppleas.

ad 320. piperconfractum dubius iunxi, nam confractum per se sumi potest 53. et postponi emendationi enbractum 359. 444. — conpungens in sex. — sorbuerint vel sorberint scripsi pro ferverint.

ad 321. oenogarum codd.

ad 323. ex *β* et cod. hum. porro mendum videtur pro garo vel apirino, de quo vino in praefat. — pro optimo in *β* est obomo, volebat fortasse opimo pingui Horat. serm. 2, 4, 65.

ad 324. silfi vel est silphium vel sili 35.

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tam, apium, rutam, mel, acetum vel vinum, salem vel liquamen et oleum modice.

325. In colocasio: piper, ciminum, rutam, mel, liquamen, olei modicum. cum fervuerit, amolo obligas.

326. Cocleas [lacte pastas]: accipies cocleas, spongizabis, membranam tolles ut possint prodire. adicies in vas lac et salem uno die, ceteris diebus lac per se et omni hora mundabis stercus. cum pasta fuerint, ut non possint se retrahere, ex

ad 325. de colocasio ad 68. ubi idem fere ius.

ad 326. de genere cochleae quo in cibo utebantur cf. Varr. 3, 14, 4. Plin. 8, 139. 140. 9, 173. 174. 30, 44—46. cum Gronov. not. p. 61. Diosc. 2, 11. apud nos helix pomatia et grysea L. alibi aliae eduntur. Klemm Culturwiss. p. 75. — lacte pastas ex marg. — spongizabis ex β. sfong. ed. pr. fong. in ceteris codd. — sale in sex. — in lac codd. — omni hora in una ed. pr. pro ommora vel omi ora. similiter Salmas. in Solin. p. 232. a. Plinium 8, 136. et Quintil. 11, 3, 137. correxit, apud quem malim „in ore“ pro cod. optimi „in ora“. — pasta sagina, durch mast, ex γ et florr. pro pastae. ad 49. fuerint factae sint. cf. Sallust. Cat. 20. volgus fuimus, Fabri ad Liv. 21, 63, 3. interpp. ad Vergil. ecl. 7, 31. fiunt ed. pr. — et ex ol. codd. et sim. et pulpas pasci possunt vel possint praeter paris. qui si pasti sunt (sic „posunt“ et „sunt“ confusa ap. Catull. 16, S.). quia in β ex pro et et Varro 3, 14, 5. coll. Plin. 9, 174. sapa et farre cocleas pascit, pro Hum. ex pulte pasci possunt erui pulpa sapa cibari p. quae pulpa breviore forma sit i. q. pulpamen, pulpamentum vel pulticula vel pollen. hodierni Graeci lacte et farina tritica saginant, Seren. Samon. 535. furfure. — lac siligineum s. silignum est siliginea farina nutritum et mixtum. ad artem coquendi cf. Seren. Samon. 319. „seu cochleas undis calefactas ac probe inunctas suppositis torrens prunis vinoque garoque perfusas cape, sed prodest magis esse marinas“, ut lego pro „prope iunctas“ vel „pr. victas“, et Marcell. Emp. 20. p. 114. a. ed. Ald. „stomacho laboranti cocleae pro-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

oleo friges, mittes oenogarum. similiter ex pulpa sapa cibari possunt.

327. Cocleas sale puro et oleo assabis. Cocleas assas: lasare, liquamine, pipere, oleo. suffundis. Cocleas assas: liquamine, pipere, cimino, oleo. suffundis assidue.

328. Aliter cocleas: viventes in lac siligineum infundis. ubi pastae fuerint, coques.

329. Ova frixa oenogarato: ova elixa liquamine, oleo, mero vel ex liquamine, pipere, lasare. In ovis apalis: piper, ligisticum, nucleos infusos, suffundes mel, acetum, liquamine temperabis.

sunt, si in aqua ferveant et sic carbonibus torreantur atque ita ex oenogaro sumantur" et p. 116. a. „cocleas sed veras africanas conditas ex sale et paulo olei coctas, sed non purgatas, qui ieiunus ternas aut quinas quotidie et frequenter sumpserit, rarissimo stomachi dolore vexabitur, certe si carbonibus tostae sumantur melius prosunt".

ad 329. oenogaro par H. oenogarata ceteri. feci substantivum simile illorum laseratum, anetatum, piperatum, liquaminatum, quae cum medicis Noster habet. ova cum oenogaro miscentur 125. garo temperantur Martial. 13, 40. — ob elixa codd. ovum et obum scribi vides ex 78. — Turneb. Advers. 10, 12. corr. „infundes, suffundes mel ac acetum". ceterum ova apala sunt ἄπαλά, mollia (Cels. 4, 3. fin. cum interpp.), simpliciter elixata et sorbilia ῥοφητά, quae ab aliis discernuntur, ut Diosc. 2, 54. P. Aeginet. 1, 83. Galen. de fac. alim. 3, 22. apud quem et τρομητά sunt quae quasi tremere videntur, quod eorum candidum evidenter cogi coeptum est. facile concoqui scribit Aegineta πνικτά suffocata, cruda cum garo et vino et oleo subacta et ἐν πνίγει. in vase duplici moderate compacta, sed pessima esse in sartagine fricta, ἐν τηγάνῳ σκευαζόμενα, τηγανιστά medici ap. Ideler. II. p. 260, 8. erant etiam, ut omnia consumam, dura, ἑφθά, quae secta ἡμίτομα, ἐπιτετμημένα apponebantur. apala saepius a medicis commendantur, Scribon. 104. Cael. Aurel. chron. 2, 7. 4, 3. acut. 2, 37. 1, 10. Marcell. Emp. 20. Plin. Val. 5, 3. 12.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

Incipit Apici Caeli tetrapus.

Lib. VIII.

330. Aper ita conditur: spongizatur et sic aspargitur ei sal et ciminum frictum et sic manet. alio die mittitur in furnum. cum coctus fuerit, perfunditur: [condimentum aprunum] piper tritum, mel, liquamen, caroenum et passum.

331. Aliter in apro: aqua marina cum ramulis lauri aprum elixas quousque madescat. corium ei tolles. cum sale, senapi, aceto inferes.

332. Aliter in apro: teres piper, ligisticum, origanum, bacas mirti extemparatas, coriandrum, cepas, suffundes mel, vinum, liquamen, oleum modicum. calefacies, amolo obligas. aprum in furno coctum perfundes. hoc et in omne genus carnis ferinae facies.

Theod. Prisc. 2, 10. parabantur in apalari s. apalaria, ἀπαλαρία, Auson. epist. 21. Laur. Lyd. de mens. 1, 25. p. 30. ed. Roeth.

Ad libr. VIII. inscribitur τετράπους, quod in eo quadrupedum animalium quae ciborum usum praebent opsonia lautioresque conditurae traduntur.

ad 330. sfongiatur codd. 326. — sale cim. in sex, sal. cim. in ceteris. ciminatus sal ap. Pallad. 12, 22, 5. ἅλας τετριμμένους μετὰ κυμίνου habes in Geopon. 9, 32, 3. ἅλας θυμίτας ap. Aristoph. Ach. 772. frictum corr. ex 333 pro tritum. — verba inclusa sunt marginis. aprimum βϑκ. aprinum γδ ed. pr. H. sic 339. apruna et aprina. ad „aprunum“ cf. Marcell. Emp. 34 p. 137. a. Plin. 28, 235. et var. lect. 8, 210. Salmas. ad Spartian. Ael. Ver. 5. et ad Capitol. Max. Iun. 2. Philolog. Gotting. VIII. p. 548. — vel pro mel in sex.

ad 331. aqua marina ut 340. videtur thalassomeli Plin. 31, 68. Ser. Samon. 537. 918. Marcell. Emp. 20. Diosc. 5, 20. et conferenda cisternina 44. vulgaris certe non est. olim volebam murina

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

333. In aprum assum iura ferventia facies sic: piper, ciminum frictum, api semen, mentam, timum, satureiam, cneci flores, nucleos tostos vel amigdala tosta, mel, vinum, liquaminis acetabulum, oleum modicum.

334. Aliter in aprum assum iura ferventia: piper ligisticum, api semen, mentam, timum, nucleos tostos, vinum, acetum, liquamen et oleum modicum. cum ius simplex bullierit, tunc triturae globum mittis et agitas cepa et rutae fasciculo. si volueris pinguius facere, obliga si vis albo ovorum liquido. moves paulatim. aspargis piper tritum et inferes.

335. Ius in aprum elixum: piper, ligisticum, ciminum, sili, origanum, nucleos, cariotam, senape, acetum, liquamen et oleum.

336. Ius frigidum in aprum elixum: piper, careum, ligisticum, coriandri semen frictum, aneti semen, api semen, timum, origanum, cepullam, mel, acetum, senape, liquamen, oleum.

murrina, myrrhina. — madescat mollescat, tenerescat, maceretur. — senape codd. 127. et inferes ϑx.

ad 332. exenteras in plurimis, exenteratas ζ. exenteras ed. pr. exenteratas H. explicat excorticatas. scribebant olim tenperare, unde mentum et 43. — sale facies in septem. — ferme in quatuor, quod est „ferine“, pro voce non intellecta lacuna est in ϑx.

ad 333. enechi flos codd. enethi ζ. cnici flores H. in marg. „alias anethi“. ad 228. — liquaminis ex par. pro liquamen. liquamen, acetum H. ὀξύγαρον.

ad 334. ius simplex quocum caro apruna coquitur 204. -- pinguius crassius ex Plin. Val. 2, 45 p. 188. b. ed. Ald. corr. pro pingue ius et pingui ius. similis variatio ap. Cels. 3, 6 fin. — moves cochleario seu spatha Scribon. 45.

ad 335. sili corr. 35. pro silfi. — mel e suo cod. add. Hum.

ad 336. deest in par. et ed. pr.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

337. Aliter ius frigidum in aprum elixum: piper, ligisticum, ciminum, aneti semen et timum, origanum, sili modicum, erucae semen plusculum, suffundes merum, condimenta viridia, modico cepam, pontica vel amigdala fricta, dactilum, mel, acetum, merum modicum, coloras defricto, liquamen, oleum.

338. Ius aliter in apro: teres piper, ligisticum, origanum, api semen, lasaris radicem, ciminum, feniculi semen, rutam, liquamen, vinum, passum. facies ut ferveat. cum fervuerit, amolo obligas. aprum intro foras et inferes.

339. Perna apruna ita inpletur terentina: per articulum pernae palum mittis ita ut cutem a carne separes, ut possit condimentum accipere per cornulum et universa inpleatur. teres piper, bacam lauri, rutam, si volueris lasar adicies, liquamen optimum, caroenum et olei viridis guttas.

340. Cum inpleta fuerit, constringitur illa pars qua inpleta est ex lino et mittitur in zemam. et elixatur in aquam marinam cum lauri turionibus et aneto.

ad 337. silfi codd. 35. — modica codd. ad 77. — cepa agitas ex codd. pro Hum. cepam cf. 334. 370. — pontica 228.

ad 338. ius add. ex par. — foras tanges 341.

ad 339. apruna ad 330. — terentina inpensa illa 53. emend. ex 372. pro recentina $\beta\vartheta\varkappa$. recentia $\gamma\delta\zeta$. ed. pr. recens H. — per articul. secundum os pernae, iuxta articulum et ea parte qua est articulus, am hueftknochen hinab. est autem articulus corporis et membrorum nodus, Plin. 11, 217. 177. — ut un. codd. — liquam. opt. ad Gargil. p. 22.

ad 340. quae impl. par. ed. pr. H. in zymam fermentum, sauerteig coni. Hum. et confert Plin. 18, s. 26. zema ut 364. est ius cf. Isidor. 20, 2, 32. apud alios etiam olla in qua carnes coquuntur. cf. Salmas. ad Vopisci Aurel. 49. Du-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

341. Ius in cervo: teres piper, ligisticum, careum, origanum, api semen, lasaris radicem, feniculi semen, fricabis, suffundes liquamen, vinum, passum, oleum modicum. cum fervuerit, amolo obligas. cervum coctum intro foras tanges et inferes.

342. In platonem similiter et in omne genus venationis eadem conditura uteris.

343. Aliter cervum elixabis et subassabis. teres piper, ligisticum, careum, api semen, suffundes mel, acetum, liquamen, oleum. calefactum amolo obligas et carnem perfundes.

344. Ius in cervo: piper, ligisticum, cepullam, origanum, nucleos, cariotas, mel, liquamen, senape, acetum, oleum.

345. Cervinae conditura: piper, ciminum, condimentum, [petrosilinum], cepam, rutam, mentam, mel, liquamen, passum, caroenum et oleum modicum. amolo obligas cum iam bullit.

346. Iura ferventia in cervo: piper, ligisticum, petrosilinum, ciminum, suffundes, nucleos tostos

fresne T. VI p. 933. col. 1. — mirinam par. ad 331. curionibus γδζ ed. pr. turiones lauri et ap. Colum. 12, 50, 5. stockknospen, wurzeltriebe, schosse? sunt qui ramuli 331. laurus viridis 379. eius teneri ramusculi staengel?

ad 342. pro codicum in platone ed. pr. glossema in platycerote habet, quod animalis nomen alibi quoque perperam scribitur, Plin. 11, 123. Varr. 2, 1, 5. cum Schneid. nonne vero ut venatoribus nostris a sua natura schaufler dicitur dama a latitudine cornuum platon vocari poterat, ut ille a latitudine pectoris Platon (ad Diog. Laert. 3, 4. Hermann Plat. philosoph. 1 p. 92, 31)? — venationis carnis ferinae 332. —

ad 345. condimentum est petroselinum 56 bulliit β H. bulloit γ. 350.

ad 346. suffundes merum 337. vino 352. perfundes ed. pr. — pro rariore voce embambam lacuna est in ϑ×. forte cum aliquot libris lemmati tribuendum,

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

aut amigdala, mel, acetum, vinum, oleum modicum, liquamen et agitabis embambam

347. In cervinam assam: piper, nardostatium, folium, api semen, cepam aridam, rutam viridem, mel, acetum, liquamen, adiectum cariotae, uvam passam et oleum.

348. Aliter in cervum assum iura ferventia: piper, ligisticum, petrosilinum, damascena macerata, vinum, mel, acetum, liquamen, oleum modicum. agitabis porro et satureia.

349. Ius in caprea: piper, ligisticum, careum, ciminum, petrosilinum, rutae semen, mel, senape, acetum, liquamen et oleum

350. Ius in caprea assa: piper, condimentum, rutam, cepam, mel, liquamen, passum, oleum modicum, amolum cum iam bullit.

351. Aliter ius in caprea: piper, condimentum, [petrosilinum] origanum modicum, rutam, liquamen, mel, passum et olei modicum, amolo obligabis.

352. Ius in ovifero fervens: piper, ligisti-

ut ad „agitabis“ suppleas porro et satureia :348. 352. 375. ebambam par. embebam ed. pr. graeca vox ex latina declinatione, alibi quoque varie scripta 103. Salmas. ad Tertull. de pall. p. 123. 126. Hildebr. ad Apul. met. 2, 7. p. 89. 90.

ad 347. nardostatum par. nardostachyum Hum. 282. — cariotam codd. adiectum pugnum, manuam, wurf. adiectam ed. pr. adiectas H.

ad 348. in cervum assum ed. pr. H. pro in cervo in assum vel in cervo asso. — porro et sat. ut 282.

ad 349. capra ζ et in ind. capitul. γ. eadem confusio. Caes. b. g. 6, 27. Liv. 1, 16, 1. Sueton. Tib. 45. Hildebr. ad Apul. met. 8, 4. p. 649. 650. — carenum par. in quo uno vel pro mel.

ad 350. aliter ius ed. pr. H. — cum absorptum addidi ex 345. bulliet δ. bullient ζ.

ad 352. codices praeter par. post „ovifero“ scholion

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

cum, ciminum, mentam siccam, timum, silfi, suffundes vino, adicies damascena macerata, mel, vinum, liquamen, acetum, passum ad colorem, oleum, agitabis fasciculo origani et mentae siccae.

353. Ius in venationibus omnibus elixis et assis: piperis scripulos VIII. rutam, ligisticum, api semen, iuniperum, timum, mentam aridam, scripulos senos, puleii scripulos III. haec omnia ad levissimum pulverem rediges et in uno conmisces et teres. adicies in vasculum, melle quod satis est. et his uteris cum oxigaro.

354. Ius frigidum in ovifero: piper, ligisticum, timum, ciminum frictum, nucleos tostos, mel, acetum, liquamen et oleum. piper aspargis.

355. Vitulina fricta: piper, ligisticum, api semen, ciminum, origanum, cepam siccam, uvam passam, mel, acetum, vinum, liquamen, oleum, defrictum.

356. Vitulinam sive bubulam cum porris, sitaneis [vel] cepis vel colocasiis, liquamen, piper, lasar et olei modicum.

habent „hoc est ovis silvatica“. non disiunctis vocibus id animalis nomen scripsi, ut scriptum est in Gloss. Gr. *πρόβατον ἄγριον* ovifer et ap. Plin. 28, 159. 197. equiferus, etsi legantur oves ferae ap. I. Capitol. Gord. trib. 3. Vopisc. in Prob. 19. ovis fera ap. Plin. 8, 69. contra ferus aper ap. Sueton. Aug. 67. feri sues ap. Plin. 8, s. 78. est strepiceros Plinii 11, 124. 8, 214. vulgari maior, cornibus erectis, intortis sive contortis, habitans montosa Cretae, insularum Archipelagi, Hungariae Wallachiaeque usque ad Austriam. cf. Link Urwelt 1. p. 381—385. Voigt Zoolog. 1, p. 407—410. — silfi codd. 35.

ad 353. teres displicet, malim temperes. — melle et mel codd. ad ablativum suppleas mitis 197.

ad 356. pro cidaneis vel cidoneis codd. in ϑ* lacuna, corr. sitaneis, quod cepae genus et setania dictum ob vicinitatem soni cum illis iisque notioribus malis

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

357. In vituliuam elixam: teres piper, ligisticum, careum, api semen, suffundes mel, acetum, liquamen, oleum. calefacies, amolo obligas et carnem perfundes.

358. Aliter in vitulina elixa: piper, ligisticum, feniculi semen, origanum, nucleos, cariotam, mel, acetum, liquamen, senape et oleo.

359. Copadia aedina sive agnina: pipere et liquamine coques, sum fascolis faratariis, liquamine, pipere, lasare, cum imbracto bucellas panis et oleo modico.

facillime confundi potuit. cf. Plin. 19, 95. 102. σχτάνιον κρόμμυον Theophrast. hist. pl. 7, 4, 7. Apici Excerpt. in praefat. mea. infelici manu Hum. scripsit porris succidaneis qui sint sectiles, sectivi, tonsiles, schnittzwiebel, schlotten. sic cets confusum ap. Manil. 1, 57. ubi malim „praesepta".

ad 358. senape corr. pro senapi ex 393.

ad 359. ut ea copadia fiant audimus 370. — unus ex difficillimis locis. cum fasceolis faratareis par. phascolis paratariis invenit Iluna. et scribit „nam propinquis fructibus, ut 2, 175. sub hortensis smilacis nomine testatur Dioscorides, tanto undique incremento se implicant, ut scenas etiam et tentoria inumbrent". quod adiectivum si in libro de arte coquinaria locum habere posset, esset potius „parietariis" s. „parietinis" ex Aurel. Vict. in Const. epit. 6. et Ammian. Marc. 27, 3, 7. qui ad parietes pergulasque scandere apti, vel „paratariis" ex Vergil. G. 1, 227. id est vilibus, parabilibus, paratu facilibus, quales ad eum cibum exquisitiorem non idoneos esse unusquisque videt. „fascolis" tenens equidem, inveni „farinariis" mola fractis, ἐρέγματα seu ἐρέγμῳ, ἀλεύρῳ ἐρεγμένῳ, pro quo lomento mox bucellae panis ad ius obligandum adhibeantur. duo condiendi genera statuenda esse pro certo habeo. inveni etiam fasciculis paratariis quales sint rutae, aueti, origani, porri, quos Noster saepius in ius mittit, vel cum fas, colis, farato, si vis liq. quod sit colo echini condi, cum fieri potest, si sunt 218. 372. et farre obliga vel bucellis panis i. e. confracto 53. vel

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

360. Aliter aedinam sive agninam excaldatam: mittes in caccabum copadia. cepam, coriandrum minutim succides. teres piper; ligisticum, ciminum, liquamen, oleum, vinum. coques. exinanies in patina, amolo obligas.

361. Aliter aedinam sive agninam excaldatam: agnina cruda trituram mortari accipere debet, caprina autem cum coquitur accipit trituram.

362. Aedum sive agnum assum: [aedi cocturam] ubi cum ex liquamine et oleo coxeris, incisum infundes in pipere, lasare, liquamine, oleo modico et in craticula assabis. eodem iure continges. piper aspargis et inferes.

363. Aliter aedum sive agnum assum: piperis semunciam, asareos scripulos VI. gingiberis modicum, petrosilini scripulos VI. lasaris modicum, liquaminis optimi eminam, olei acetabulum.

cum fas, colis horaeariis 318. et colis para, caricis et de coliris, collyris farrarcis, farreis, panis genere cogitavi. — embracto par. inbracto ϑκ. inbratto ζ imbrato ed. med. vox graeca est emphractum, et si ab ἐμφράσσειν farcire derives, significat fartum, obsonii intriti genus quale est 444. si ab ἐμβρέχειν, idem fere quod embamma 347. si lectio sana, supple „misces“ et explica: ad id ius spargis confractum 53. fractum, coptum, ut sit amulandi genus. — bocellas βϑκπ. ut mei amant volva, ramolus, fistola. conieci tum imbricito buc. in modum imbris spargito irrora, δροσιζειφαίνε.

ad 360. excaldatam ut 361. coll. 137. non calida aqua lotam, ut amygdalas excaldatas ap. Marcell. Emp. 26. explices, sed in ea coctam. inde Gallorum eschauder. — minutum codd. cf. 117. 180. al.

ad 361. sic sanavi codicum menda ex compendio orta a crudo tritura mortario ac. d. cruda est non cocta, antequam coquitur.

ad 362. incisum cultello apertum 290. conpunctum ut ius bibat 301. 320. — gratic. βϑκ

ad 363. asareos 274. —

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

364. Aedus sive agnus siringianus id est mammocoetis: exossatur diligenter, a gula, sic ut uter fiat et intestina ei integra exinaniantur, ita ut in caput in intestina suffletur et per novissimam partem stercus exinanibitur. aqua lavantur diligenter. et sic inplentur admixto liquamine et ob umores consuitur et mittitur in clibanum. cum coctus fuerit, perfunditur ius bulliens: lacte piper tritum, liquamen, caroenum, defrictum modicum, sic

geng β. ginz. ed. pr. zing. H. ad 29. — modice $\beta\pi$.

ad 364. syringladus id. ẽ. mamotestis (— cestis γ) codd. sed 365. siringiatus. delirat Hum. qui „lege syringatus, a fistula quae σύριγξ graece dicitur, quae vero sequuntur verba interpretativa expungenda censemus“. isti itaque est in modum syringis seu fistulae excavatus, intus inanis factus, ut haedus sic dicatur cuius intestina omni emissa faece et vacua facta sint, ut condimentis farciri possint, quibus postea consutis integer coquatur. partem veri vidit Dufresne Gloss. in mammocestis IV. p. 214. „mammocestis perperam, ni fallor, pro μαμμόθρεπτος. qui adhuc lac sugit“. at vero non est is ὑπομάζιος, ὑποτίτθιος, sed quem vulgus matris filium appellat, adolescens delicatius educatus, effeminatus ac mollis. agnum intellegi qui adhuc a syringibus est, cannas mammae, lac sugit, lacte mero pascitur Martial. 13, 41. dubium non est, sed dubius haereo utrum scribam syringiacus, an syringnatus, de qua forma nüper monuit I. Becker in Iahn. Iahrb. vol. 73. p. 313. si syringianus vera est, quasi est mammaeanus et similis illi phaecasianus ap. Iuven. 3, 218. idemque significans quod mammocetis μαμμοκοίτης seu μαμμόκοιτος, κοιταῖος ἐπὶμαμμῃ, ad quam rationem sunt ἀκοίτης et ἄκοιτις, χαμαικοίτης, παρακοίτης, μητροκοίτης ap. Hipponact. in Philologo Gotting. VII. p. 555. ἀρρενοκοίτης ap. Euseb. ἐμβασικοίτης ap. Petron. 24, 1. onocoetis ap. Tertullian. apolog. 16. fin. coll. ad Nat. 1, 14. ἐξώκοιτος exocoetus ap. Plin. 9, 70. qui piscis in terra cubat. — a gula aperitur et exenteratur 384. a cervice expeditur 254. a gilla codd. sed 384. per gulam. alibi etiam scribitur gyla. — sic ut uter fiat ex ed. pr. et H. sicut

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

et oleum et iam bullienti mittis amolum. vel certe mittitur in reticulo vel in sportella, et diligenter constringitur et bullienti zemae cum modico salis submittitur. cum bene illic tres undas bullierit, levatur et denuo bullit cum umore supra scripto. bullieute conditura perfunditur.

365. Aliter aedus sive agnus siringianus: lactis sextarium unum, mellis unc. IV. piperis unc. I. salis modicum, lasaris modicum. Ius in ipsius: olei acetabulum, liquaminis acetabulum, mellis acetabulum,

utinam fiat ϑκ. sic uī fiat βζ. sic ut fiat γδ. cum vacuo spatio. sic ut videtur fiat π. in modum utris 384. — ei in plurimis, eius β. et π. — eximabitur γ. exinabitur ed. mediol. exinanitur π. ad plurimorum obsoletae coniugationis formam cf. scibo, audibo, communibo, opperíbor, experibis Catull. 21, 6. illargibo Cat. ap. Non. p. 320. a. — in absorptum ab intest. addidi. ni placet, scribe cum par. sufflentur. ita ut cap florr. sine praepos. — ex intestinis stercus egredi scribit Paulus medicus 6, 88. in caput in os, in den mund hinein, Mart. 14, 74. per caput codicis par. esset κατὰ κεφαλὴν, von oben hinab. ceterum id fit ex more utricularii, ἀσκαύλου qui tibia utri inserta inflat, de quibus musicis cf. Boulenger De theatr. 2, 35. — per noviss. partem extremam, per clunes. sic posteriora crura Plinio 11, 249. dicuntur novissima. — lavantur — inplentur intestina. — ob humores corr. pro ab humeris vel ad humerum π. — sic et modice mittis. — etiam b. codd. quorum γδ bullies, ζ bulliat. ad „iam“ cf. 345. 350. — mittitur aedus. de eo sportellae usu ad 121. — reticulo pro retiac. ex ζ. est γύργαϑος, canistrum e vimine plexum, reticulato opere factum, in quo ex lino constrictus aedus in zemam mittitur 340. — bull. zema codd. at cf. 373. 374. 289. — tres undas bull. 65. Pallad. 12, 22, 4. „duabus aut tribus undis fervere pati“, zweimal aufsieden lassen. —

ad 365. siringiatus codd. syringianis ed med. 364. — ius in ipsius praepositione quod apud alios non rarum postposita. ma-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

dactilos tritos VIII. vini boni eminam, amolum modice.

366. Aedum sive agnum crudum: oleo, pipere fricabis et asparges foris salem purum multo cum coriandri semine. in furnum mittis. assatum inferes.

367. Aedum sive agnum tarpeianum: antequam coquatur, ornatus consuitur. piper, rutam, satureiam, cepam, timum modicum et liquamine. collues aedum, macerabis in furno aut in patella quae oleum habeat. cum percoxerit, perfundes in patella inpensam: teres satureiam, cepam, rutam, dactilos, vinum, caroenum, oleum. cum bene duxerit inpensam, in disco pones, piper aspargis et inferes.

368. Aedum sive agnum particum: mit-

lim tamen ius spissius pinguius 334. — oleum codd.

ad 366. crudum non maceratum, crudo iure i. e. non cocto, frigido aspersum antequam in furnum mittitur. sed scribendum erit In aedum vel crudo cf. 238. 287. 376. similiter 330. aper sale et cumino aspergitur et alio die in furno coquitur. -- pipere $\beta\pi$ H. pro piper. fricabis est quod perfricabis, infriabis. — salem pur. 271. — semen $\beta\vartheta\varkappa$. —

ad 367. tarpeianum in uno ζ et in omnibus 406. pro tatarpeianum. in tarpeio seu capitolino monte diis egregiae dapes inferebantur (Martial. 12, 48, 12 et 13, 91) quae lautitiae augebantur ex quo Nero dapalis exstitit in aurea domo quae a Palatio Esquilias usque pertinebat. — an oneratus farsus corr. pro ornatus aliquot locis? alibi quoque ea verba confusa monstrat Corte ad Lucan. 6, 518. participium in uno β et ed. Hum. procul dubio ex cod. in reliquis deest. — coquantur in sex et ed. pr. — liquamine temperabis. liquamen π. -- aut ex uno par. addidi ob 369. 408. — duxerit 140. — pones compones.

ad. 368. pasticum codicum explicabam vel lacte pastum 376. vel a matre re-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tes in furnum. teres piper, rutam, cepam, satureiam, damascena nucleata, lasaris modicum vivi, liquamen et vinum. fervens colluitur in disco, ex aceto sumitur.

369. Aedum laureum ex lacte: aedum curas, exossas, interanea eius cum coagulo tolles, lavas. adicies in mortarium piper, ligisticum, lasaris radicem, lauri bacas duas, piretri modicum, cerebella duo vel tria. haec omnia teres, suffundes liquamen, temperabis ex sale. super trituram colas lactis sextarios duos, mellis ligulas duas. hac inpensa intestina reples et super aedum conponis in giro et omento carta coperies, surclas. in caccabum vel patellam conpones aedum, adicies liquamen, oleum, vinum. cum ad mediam coctnram venerit, teres piper, ligisticum et ius de suo sibi suffundes,

motum, a lacte depulsum et herbarum iam patientem. sed praestat particum nomine a lasere parthico ducto 240. idem mendum ap. Petron. 47, 10. — vivi corr. pro vinum ex 243. 393. et tentavi las. radicem unam. l. — fervens aedus 376. colluitur perfunditur, ibidem et 406. — ex aceto, nisi malis ex acetabulo, 382. erit ἐκ βάμματος, ἐξ ἐμβάμματος vel ἐξ ἐμβαφίου, ὀξυβάφου quod vas ad patinam apponebatur ad cibum liquamine, oxygaro et similibus imbuendum. ut brevis sim cf. Salmas. in Solin. p. 265. 266. Hermann Griech. privatalt. § 28, 15. 16.

ad 369. aedum laurum codd. et ed. pr. unde laureatum fecit Hum. lauro conditum indeque odorem eius habentem, qualis est 379. porcellus laureatus. ex optimi cod. β laurū̃m feci laureum pro laurea isiciis super ipsum circinatis coronatum, olim loricatum farciminibus ut lorica circumdatum. similiter 133. patina ex lacte dicitur, in qua multis rebus una paratis et coctis lac super massam perfunditur. — coagulo ventriculo, utriculo 373. 374. — pireti in plurimis 181. — in giro codd. i. e. in circo, cf. in gyrum ap. Sueton. Caes. 39. in zirbo Hum. corr. quod sit „in omento“ ἐπιπλόῳ, Dufresne VI p. 935. —

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

mittes defrictum modicum, teres, reexinanies in capsum. cum percoctus fuerit, exoneras, amolo obligas et inferes.

370. Agnum simplice: de agno decoriato facies copadia, lavabis, diligenter mittes in caccabum, adicies oleum, liquamen, vinum, porrum, coriandrum cultro concisum. cum bullire coeperit, cepa ius agitabis et inferes.

371. Aedum lasaratum: aedi intestinis bene purgatis inples, piper, liquamen, lasar, oleum et intra aedum mittes et bene consues et cum aedo simul coquuntur. et cum decoxerit, adicies in mortarium rutam, bacam lauri et levato adque exiccato aedo ipso iure perfundis et sic ponis.

omento carta per asyndeton, quod si displicet, ex 403. adde „et“ aut ex 402. „vel“, aut „carta“ expunge cum γ. — carta aegyptiaca, de tenuibus latisque segmentis foliorum papyri contexta, emporeticam dicit Plin. 13, 76. eadem utitur coquus 402. 431. Horat. ep. 2, 1, 270. Martial. 3, 2, 4. qui eandem rem 13, 1. togam dixit et 4, 87, 8. tunicam e Catull. 95, 8. cui non in mentem veniunt „cotelettes en papillotes“? — coperies scripsi pro coop. et mendis codicum 63. — cocturam ex π et H. pro codicum cora. cf. 153. — m. defricto β. m. in fricto in sex et ed. pr. m. in defruti m. Hum. cf. 67. 154. 251. 380. singulare aenigma in voce caccabum cuius compendium est cabum 160. latere opinor, scribo audacior in capsum de quo 253 familiarius erat reexin. in caccabum ex 135. 213. 190. 45. al. — exoneras cartam tolles 373. corr. pro exornas. —

ad 370. ea et sequens ex Excerpt. cod. salmas. qui agnu simplice. ego suppleo „iure“ 271. — an decarnato ex 295? — cupadiola lav. cod. — cepa ius emend. pro saepius ex 334. 143. idem feci 392. —

ad 371. aedu lasaratu cod. in lemm. et intestinas b. purgatas. cf. 364. de meo ablativo ad Gargil. p. 42. inples ut docetur 369. — cocuntur — mortario — ruta baca — lebato a. adque exuga-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

372. Porcellum farsilem duobus generibus: curas, a gutture extenteras, [a cervice] ornas. antequam praedures, subaperies auriculam subcaute, mittes inpensam terentinam in vesicam bubulam, exin fistulam aviarii rostro vesicae alligabis, per quam exprimes in aurem quantum ceperit, postea carta praecludes et infiblabis et praeparabis aliam inpensam, sic facies: teres piper, ligisticum, origanum, lasaris radicem modicum, suffundes liquamen, adicies cerebella cocta, ova cruda, alicam coctam, ius de suo sibi, si fuerit aucellas, nucleos, piper integrum, liquamine temperas. inples porcellum, carta obducas et fiblas. mitte sis in furnum. cum coctus fuerit, exoneras, perunguis et inferes.

to cod. quorum ultima non sine difficultate sunt. exugato est exucato, exiccato, per sabanum siccato 376. 239. et aedi mendum cuius causa sequens vocalis pro aedo. — ponis apponis, inferes, an „ad ignem“? ad 372. et aures ut 382. et venter impletur sed varia impensa. extenteras 236. — quia Nostro a cervice idem quod a gutture, illud marginale est librarii memoris „a cervice expedies“ 252. — perdures codd. cf. 374. 384. 292. 250. — subcautc corr. pro sub cutem impens. terentin. 53. — bubulum codd. praeter ed. pr. — exin corr. pro et in. — aviarius qui in aviario, quod Graecis dicitur ὀρνιθών, altilia curat et farcit unde alibi fartor avium vocatur, Iahn. Iahrb. 66 p. 218. et altiliarius in Inscript. ὀρνιθοκόμος ap. Procop. Vandal. 1, 2. ὀρνιθοτρόφος in Gloss. Philox. oiselier Francorum. — rostro collo, τραχήλῳ κύστεως Erotian. Gloss. Hippocr. p. 332. — ex codd. reduxi infiblare, fiblare, fibla pro infibulare, fibulare, fibula, ut est fiblatorium ap. Trebell. Poll. de Regilliano sagum quod fibla nectitur vel stringitur, cf. Salmas. p. 302. sive T. II p. 276. Dufresne Gloss. T. VII p. 349. infirmaculum. sic surclare al. — modicum adverbiascit ut minus. — si absorptum et hic adden-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

373. Aliter porcellum: salem, ciminum, lasar, liquaminatum de porcello eicis utriculum ita ut aliquae pulpae in eo remaneant. teres piper, ligisticum, origanum, suffundes liquamen, adicies unum cerebellum, ova dua. misces in se. porcellum praeduratum inples, fiblabis. in sportella ferventi ollae summittis. cocto fiblas tolles ut ius ex ipso manere possit. pipere asparsum inferes.

374. Porcellum elixum farsilem: de porcello utriculum eicies, praeduras teres piper, ligisticum, origanum, suffundes liquamen, cerebella

dum erat. sic coquus dicit 218. „si sunt et ungellas coques“, so du hast Hum. nescio unde ed. „ferveat, quum ferbuerit“, quod tenens Hildebrand ad Glossar. p. 22. corrigit „avelianas“. — avicellas ed. pr. H. ad 181. — obducas corr. pro obduras et 375. ut sit quod coperias 369. involvas 431. — verba „carta — aliter porcellum“ om. ed. pr. — mitte sis corr. pro mitteres β. mitteris ed. pr. mittes sex et II. id sis lenit imperium estque quod „si vis“ 13. 334. „si voles“ 81. 102. „si volueris“ 119. 126. cf. ad Cicer. Tusc. 2, 18 p. 544. Mos. — exoneras fiblas tollis 373. corr. pro exornas, quod vero quod spongizas 374. sit. — perunguis oleo, oleum in patinam mittes, ut passim.

ad 373. in his speciebus porcellus exenteratus praeduratur. liquaminatum piper ex liquamine tritum, liquamen mixtum 80. sic habemus laseratum, piperatum, anetatum, oenogaratum. — vocem „porcellum“ ante „liquaminatum“ cum par. eieci. utricul. et 374. coagulum 369. — pro ut Hum. corr. ne contra sensum Nostri, nam pulpae sunt viscera ut cor, iocur, pulmo 384. 397. non interanea s. intestina. — unum ex δγπ ed. mediol. restitui pro vinum eadem confusio Varr. L. L. p. 177. Sp. et Scribon. 180. 225. 268. Cels. 5, 25, 2. — dua ex 298. pro duo vel dura codicum, ad 141. — fiblabis — sum 289. 364. 374. ad verbum fiblare 372. — manere codd. et cod. gudian. ap. Klein. ad Lambini Emendd. Tull. p. 496. b. cf. ad 96. de ea confusione coniugationum.

ad 374. praecides incides 264. — praedur. liquam. illo 373. in. descripto.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

cocta quod satis sit, similiter ova dissolves, liquamine temperabis. farcimina cocta integra praecides, sed ante porcellum praeduratum liquaminato lavas, deinde inples, infiblas, in sportella ferventi ollae summittis. coctum spongizas, sine pipere inferes.

375. Porcellum assum tractomelinum: porcellum curatum a gutture extenteras, siccas. teres piperis unciam, mel, vinum. inpones ut ferveat. tractam siccatam confringes et partibus caccabo permisces, agitabis surculo lauri viridis, tam diu coques, donec levis fiat et inpinguet. hac inpensa porcellum inples, surclas, obducas carta, in furnum mittis. exornas et inferes.

376. Porcellum lacte pastum, elixum,

sic corr. pro liquamine delavas. „lavas“ sabano exiccas 371. 376. spongizas. — sfongizas codd. sfongias π.

ad 375. tractomelinum librorum et tractomelitum Hum. „tracta et melle conditum“ non satis placet, vix enim crediderim a melle plerisque patinis admixto eum porcellum nomen trahere posse. conieci tracto mollitum et molitum factum, vel tracto molito confracto vel tracto laurinum. ut „laureatum“ habes lauro viridi item conditum 379. — extenteras 236. exent. ed. pr. H. — tractam in uno ϑ pro tactam. — partibus paulatim. — levis corr. pro leuis. leve vocant latini, τορυνητὸν graeci medici indeque nostri cum coquis „glatt“ quodvis ferculum quod cocleari, spatha, spathalio, pistillo, tudicula ad ignem eo usque subigitur, dum mollem pultis substantiam vel mellis crassioris similitudinem faciat, item pulmentarium e micis panis confriatis, e carnibus fructuum, e leguminibus quoque fresis ad putrilaginem discoctis et crebra tuditis conversione levigatis redditisque unctiusculis. cf. 186. Scribon. 122. — inpinguet pinguis fiat, quasi a pinguedine resplendeat, condensetur — surculas codd. et obduras 372. — malim iterum exoneras surculos demis.

ad 376. lacte mero, non

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

calidum iure [frigidum] crudo apiciano: adicies in mortarium piper, ligisticum, coriandri semen, mentam, rutam, fricabis, suffundes liquamen, adicies mel, vinum et liquamen et porcellum elixum ferventem, savano mundo siccatum perfundes et inferes.

377. Porcellum vitellianum: porcellum ornas quasi aprum, sale asparges, in furno assas. adicies in mortarium piper, ligisticum, suffundes liquamen, vino et passo temperabis. in caccabum olei pusillum. ferveat. et porcellum assum iure asparges ita ut sub cute eius recipiat.

378. Porcellum flaccianum: porcellum ornas in modum apri, sale asparges et in furnum mittes. dum coquitur, adicies in mortarium. piper, ligisticum, careum, api semen, lasaris radicem, rutam viridem, fricabis, suffundes liquamen, vino et passo temperabis. in caccabum olei modicum. ferveat, amolo obligas. porcellum coctum ab ossibus

videtur alius a lactente 387. γαλαθηνῷ. — „frigidum" cum sit quod „crudum ius" alterum removendum erat ex 237. 238. — liquamine porco. in plurimis. prius liquamen ut saepe terendi gratia additur 128. — porcellum — inferes om. ed. pr. et mediol. — savano codd. 215.

ad 377. vitellianus a Vitellio luxurioso 197. 201. nominatus, quocum in eadem luxuria de qua Sueton. in Vit. 13. Tacit. hist. 2, 95. amici Fronto 380. Flaccus 378. Celsinus 382. certasse videntur. — quasi aprum ut 379. in modum apri 378. cf. et 305. 306. et ad rem 330. — salem asp. 366. — in f. ornas ed. pr. — in caccabo cum olei p. β et 379, quod cum fortasse est cumano vel comini quod oleum in aliquot locis detexisse mihi videor. — ita et βγ. — eius videtur et ius et iure i. q. iuste 185.

ad 378. nomen habet a Flacco Hordeonio Vitellii aequali 377. — in modum apri 377. — liquamine in omnibus praeter par. — ab ossibus tanges ut

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tanges — api semen teres ita ut fiat pulvis — aspargis et inferes.

379. Porcellum laureatum: porcellum exossas, quasi oenogaratum ornas, praeduras. laurum viridem in medio frangis satis. in furnum, assas. et mittes in mortarium piper, ligisticum, careum, api semen, lasaris radicem, bacas lauri, fricabis, suffundes liquamen et vino et passo temperabis. adicies in caccabum olei modicum et ferveat. obligas. porcellum lauro eximes et ius ab osse tanges et inferes.

380. Porcellum frontonianum: exossas, praeduras, ornas. adicies in caccabum liquamen, vinum, alligas fasciculum porri, aneti, media coctura mittes defrictum. coctum lavas et siccum mittes. piper aspargis et inferes.

381. Porcellum aeno coctum: porcellum praeduras, ornas, adicies in caccabum oleum, liquamen, vinum, aquam, alligas fasciculum porri, coriandri, media coctura colorabis defricto. adicies in mortarium piper, ligisticum, careum, origanum, api semen, lasaris radicem, fricabis, suffundes liquamen, ius de suo sibi, vino et passo temperabis.

379. vino palmeo irrorabis, leviter perfundes. ad 52. — aspargis api pulverem.

ad 379. laurum vir. 340. — in medio inter praedurandum, ἐν τῷ διὰ μέσου, μεσηγύ, inzwischen 63. — „laurum satis“ ut piper satis 397. satis consilium habere, satis testimonium est, sim. apud optimos scriptores, sic ἅλις. — in caccabo cum olei β. 377. — ius vel est iuste vel iure 377. — de ossibus 378.

ad 380. nominatus a Iulio Frontone praetore urbano Vitellii 377. — pro obligas corr. ex 63. Plin. Val. 1, 2. — siccum siccatum sabano 245. 376. mittis in lancem.

ad 381. oenogaratum in uno par. et ed. Hum. ut 379. cf. 386. 389. Petron. 47, 10. 74, 4. in aeno seu lebete,

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

exinanies in caccabum, facies ut ferveat. cum fervuerit, amolo obligas. porcellum conpositum in patina perfundes, piper aspargis et inferes.

382. Porcellum celsinianum: ornas, infundes pipere, ruta, cepa, satureia, cucito suco et ova infundes per auriculam. et ex pipere, liquamine, vino modico. in acetabulum temperas et sumes.

383. Porcellum assum: teres piper, rutam, saturciam, cepam, ovorum coctorum media, liquamen, vinum, oleum, conditum. bulliat. conditura porcellum in boletari perfundes et inferes.

384. Porcellum horreolanum: porcellus exossatur, per gulam in modum utris. mittitur in eum pullus esiciatus particulatim concisus, turdi, ficetulae, isicia de pulpa sua, lucanicae, dactili exvase aereo maiora animalia integra coquebantur vel certe praedurabantur et postea in patina vel caccabo assabantur et cum iure parabantur.

ad 382. Celsinus unus ex Vitellianis videtur, vel ille affinis Clodii Albini qui a Spartiano in Sever. 11. vel ille consiliarius Aureliani qui a Vopisco in eius vita 44. memoratur. — inf. pipere i. q. in pipere, ad Gargil. Cur. boum p. 41. — sicuto suo codd. suo om. π. succo suo ed. pr. H. sicuto succo ζ. ad cucitum cf. 66. 83. — per auricul. 372, acetabulum ὀξύβαφον vel ἐμβάφιον, vas quod embammati continendo serviebat, in quod cibum sumentes intingebant, πορφυὶς, τρύβλιον in Evang. Matth. 26, 23. ad 368. —

ad 383. ov. coct. media vitella 196. condit. 149. —

ad 384. hortolanum β, ortolanum δξκ. ed. med. ortul. γπ. hortul. ed. pr. H. quem secuti explicant porcellum oleribus hortensibus fartum. sed me non monente videbis plures praeterea res quae tricentur in medium proferri. lexicis ignotum adiectivum esse in quo ut in horreolo vel repositorio variae res conduntur in aperto est. — per gulam exenteratur sic ut uter fiat omnibus intestinis exemtis 364 in. — utris pro iuris ex β H. — esiciatus in plurimis, (402 in omnibus) exi-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

ossati, fabriles bulbi, cocleae exemptae, malvae, betae, porri, apium, coliculi elixi, coriandrum, piper integrum, nuclei, ova quindecim superinfunduntur, liquamen piperatum, uva mittuntur. trica. et consuitur et praeduratur, in furno assatur. deinde a dorso scinditur et iure hoc perfunditur: piper teritur, ruta, liquamen, passum, mel, oleum modicum. cum bullierit, amolum mittitur.

385. Ius frigidum in porcellum inelixum ita facies: teres piper, careum, anetum, origanum modicum, nucleos pineos, suffundes acetum, liquamen, cariotum, mel, senape factum, superstillabis oleum, piper aspargis et inferes.

ciatus π. a novo verbo esiciare vel sicare i. q. secare 120. est pulli pectus exsectum 200. — particulam in pluribus — ficetulae 125. — de pulpa s. ut 397 pulpa de ipso lepore ad 373. videntur inprimis ex iocinore facta. — lucanicae 56. — fabriles bulbi mihi sunt ad fumum fabrilem siccati, ad fabrum ferrarium servati, quomodo adhuc ad caminum cepas suspensas habemus. sic uvae fabriles quae in fornacibus ferrariorum fabrorum suspensae fumum biberent hocque modo passae fierent non semel laudantur, Plin. 14, 16. 47. Edict. Diocl. 6, 92. et a medicis imperantur, Cael. Aurel. chron. 2, 7. 13. 3, 2. 4, 3. Theodor. Prisc. 2, 12. cui dicuntur fabriciae. Humelbergio sunt fabricabiles lanosi illi afri (Plin. 19, 95. Iuvenal. 7, 120. Edict. Diocl. 6, 41.), ad maris litora nati, quorum pars lanosa sub primis tunicis vestibus texendis usum, pars interior cibum praebet, Theophr. hist. pl. 7, 13, 8. de bulbis 181. — ova mitt. tria. non defenderim. conieci ossa ex 378. 379. 253. et uva colum 318. 427. et misceantur. maxime necessarium visum trica inculca, imple eam impensam. — scinditur finditur, aperitur cultello ut ius intret, sub cute recipiatur 377.

ad 385. porcelli ius in elixum frigidum ita f. par. ius f. in p. ita faces in elixum ceteri. pro me cf. 217. 333. — cariotam codd. sen. factum ut 393. praeparatum, confectum 9. sinapis confecta in Edict. Diocl. 1, 35. ut

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

386. Porcellum taricanum sic facies: exossas porcellum et aptabis sicuti aeno coctum et ad fumum suspendes, sed perpendas et quantum appendeas tantum salis. in ollam mittes et elixas ut coquatur et sic eum in lance efferes salso recente.

fiat docet Colum. 12, 57. Pallad. 8, 9.

ad 386. porcellus iste me paene occidit, apro magis vexavit. verissima sunt verba Gesneri in Thesauro „porc. traganus, cuius neque nomen neque naturam quisquam docet". sapientius tacuisset Italus qui solatium ferre philologis prae se fert „est porcellus hircum pilo et habitu corporis quodammodo referens". eodem iure scribere poterat: est in modum tragi i. e. spongiae durioris ap. Plin. 9, 148. vel: est qui hircosus 232. vel nomine a verbo τρώγειν (cf. Rostii lex. in τρώγω) qui dum roditur crepat, knarpelig. at in contextu nihil harum rerum reperias, omnibus codicibus meis vetustius est mendum. varia tentavi: tarpeianum ex 367. troianum ex Macrob. sat. 3, 13, 13. cum Diez lex. d. rom. spr. p. 356. heterogonum diversae naturae, tragasaeum a salibus tragasaeis Plinii 31, 85. et 76. ubi legas „tragasaei" pro „pag." Hesych. II. p. 1405. 1561. unum nunc me explet taricanum seu taricarum i. e. ταριχηρόν, cuius substantivum taricus 440. coll. 137. si quid saperda coquus cernit, porcellus in modum salsi seu salsamenti et quidem hoc modo paratur: cum exossatus et exenteratus est, in aeno 381. ex sale, liquamine, pipere cet. 373. 401. praeduratur seu praecoquitur, leviter coquitur sicque coctus ad fumum suspenditur aliquamdiu, depromtus per tantumdem tempus salitur, denuo in olla coquitur et ex salso recente sumitur.. similiter 289. venter porcinus ad dimidiam coquitur, levatur, ad fumum suspenditur ut coloretur et denuo perelixatur ut coqui possit et 40. isicia omentata ad fumum suspenduntur quam diu voles et denuo assantur. similiter lepus 401. paratur. — eno coctum βγπ. aeno c. ζ. onococtum ϑκ. cf. 381. 389. — in uno β et cod. Hum. haec sunt verba et appendeas et quantum appendeas. fortasse nil mutandum nisi appendeas prius et scribendum appendas. haec dicit „erwaege aber die zeit, so lange du raeucherst, so lange musst ein-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

387. In porcello lactente: piperis unc. I. vini eminam, olei optimi acetabulum, aceti acetabulum minus.

388. Porcellum coriandratum: assas porcellum diligenter. facies mortarium siccum in quo teres piper, anetum, origanum, coriandrum viride admisces, mel, vinum, liquamen, oleum, acetum, defrictum. haec omnia calefacta perfundes et aspargis uvam passam, nucleos pineos et cepam concisam et sic inferes.

389. Porcellum aeno coctum: porcellum accipies, ornabis, coques in oleo et liquamine. cum

salzen", „salis" est sec. pers. et „quantum" i. q. in q. — in ante „ollam" om. quinque. cf. 419. — siccum $\beta\pi$ ed. pr. H. forte verum, cf. 245. 380. 376. — malim denique salso recentem ab ipso salso, ut Varro 2, 8, 2. dixit „pullus a partu recens", Cic. ad Att. 16, 7 in. „homines Roma recentes", Vergil. 6, 450. „recens a vulnere Dido". *τάριχον ἡμίνηρον*, cui opponitur *τέλειος*, habes ap. Athen. 3, 85. 88. de salso 109.

ad 387. cum porcellus lactens h. l. memoretur, omnes superiores maiusculae bestiolae fuisse videntur. — in om. florr. — lactante $\beta\gamma$. lactente etiam in cod. salmas. 391. „lactans" contra in Edict. Diocl. 4, 46. facio cum Simeone Sethi qui dicit porculos recens natos suo tempore *λακτεντοπούλους* esse dictos et cum Papia: „lactans quae lac praebet, lactens cui praebetur", inde lactantia 306. lactantes papillae ap. Cinnam Isidori 19, 33, 3. ubera lactantia et lactentia ap. Seren. Sam. 349. et sic fere scriptores, libri certe variant et editores. — minus 241.

ad 388. ea compositio cum seqq. ad 394. ex Excerpt. cod. salmas. corio instratum ab asparsis pluribus rebus pro cod. porc. coriandratu scribendum olim censui. sic coriandrum viride super aspergitur 83. coll. 179, 292. — siccum scripsi pro sic ut sit quod mundum, purum, bene lotum ex Cat. 74. bene emundatum, Colum. 12, 57, 1. *εἰς θυείαν καθαρὰν τρίψον* Chrysipp. ap. Athen. 14, 57.

ad 389. in occuctu cod. in brevi ciborum, uno cocto in lemm. ad 381. — mit-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

coquitur, adicies in mortarium piper, rutam, bacam lauri, liquamen, passum sive caroenum, vinum vetus, simul omnia teres, temperas et traicies in patinam aeneam. mittis eum.

390. Porcellum eo iure: percoques. cum autem levas, amolo obligabis et sic in vas transferes et inferes.

391. Porcellum timo sparsúm: porcellum lactentem pridie occisum elixas sale et aneto et in aqua frigida assidue intingis ut candorem habeat. deinde condimenta viridia timum, puleium modicum, ova dura, cepam concisam minutatim, ea omnia superspargis et condis liquaminis emina una, olei pondo uno, passi pondo uno et sic ministras.

392. Porcellum oxizomum: porcellum accuratum ornabis et mittis in iuscellum sic conditum: adicies in mortarium piperis grana L. mellis quantum conpetat, cepas siccas III. coriandri viridis sive sicci modicum, liquaminis eminam, olei

tis eum porcellum coctum in eam patinam in qua ius est. supple ex 392. „sic percoques et sic porcellum inferes".

ad 391. timo crapsùm et tymmo crapsu cod. et mox timmum polleium — oba — ciba concisa minuta — liquamen — passo. — ad sparsum cf. 139. „timum asparges". sic 297. cod. par. „apsum" scribit pro „asparsum". — pridie occis. ex coquorum legibus, cf. Artemidor. ap. Athen. 14, 84. medicus ap. Ideler. II. p. 268, 7. — minutatim corr. ex 117. 138. 180. 97. 360. 399. Varr. L. L. 5, 21 §. 104. Col. 12, 59, 1. al.

ad 392. porcello exozome et exodiomum cod. de quo di pro z monitum 52. pullus oxizomus 241. cum acri iure. — accuratum ut praecipitur 391. — condito cod. et aicies in mortario piper — quam conpedat — emina — sepius agitavis — perquoq; sic „quantum conpedat" 119. — mittis ad ignem porcellum qui in iure descripto iacet. — cepa ius corr. ex 334.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

./· I. aquae eminam I. simul temperas in caccabulo. mittis in eo porcellum. dum bullire coeperit, cepa ius agitabis ut spissum fiat. si aliquid minus iuris facere coeperit, tunc adicies eminam I. aquae. sic percoques et sic porcellum inferes.

393. Porcellum lasaratum: teres in mortario piper, ligisticum, careum, misces ciminum paululum, lasar vivum, [lasaris radicem,] suffundis acetum, addis nucleos pineos, cariotam, mel, acetum, liquamen, senape factum. oleo omnia temperas et perfundis.

394. Porcellum iuscellatum: mittis in mortarium piper, ligisticum aut anetum, coriandrum, rutam, bacam lauri, fricabis, suffundis liquamen, porro passi sive mellis modicum, vinum modicum, olei aliquantum. cum coxeris, amolo obligabis.

395. Leporem acidum: in aqua praecoquitur modice, deinde conponitur in patina coquendus oleo in furno et cum prope sit coctus ex alio oleo, pertangito de conditura infra scripta: teres piper,

ad 393. pullus lasaratus, lasere conditus est 243. „lasaris radicem“ interpretamentum est. cf. et 368. — senape factu cod. cf. 385.

ad 394. iuscellatum explica tibi ex 392. malvas iuscellatas ex medico habes ap. Ducang. in voc. T. III. p. 947. eadem vox pro „viscellatus“ restituenda Plinio Val. 2, 17. 5, 24. et aliquoties „iuscellum“ pro „viscellum“. — anesum cod. corr. ex 380. 385. 388. — ruta baca lauri fricavis — amulo obligavis cod. — coxeris in aliquot codd. 63. 278.

ad 395. madidum codicum non defenderim ex rapis madidis 153. et caulibus madefactis 100. madefacta perdice 221. madido sumine Mart. 10, 48, 12. cicere 1, 42, 5. i. e. coctione mollito. in lemmate vel titulo patinae id adiectivum nihil dicit. a sapore acidulo eoque iucundo quem indit inprimis cepa et lasar merito nominatur acidus. mendum peperit m finale. — alio reliquo in quo leviter coqueba-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

satureiam, cepam, rutam, api semen, liquamen, lasar, vinum et modicum olei. aliquotiens versatur, in ipsa percoquitur conditura.

396. Item aliam ad eum inpensam, cum prope tolli debeat: teres piper, dactilum, lasar, uvam passam, caroenum, liquamen, oleum. suffundes et cum bullierit, piper aspargis et inferes.

397. Leporem farsum: nucleos integros, amigdala, nuces sive glandes concisas, piperis grana solida, pulpam de ipso lepore et ovis fractis obligatur. tegitur omento porcino. in furno. sic iterum inpensam facies: rutam, piper, satiniam cepam, satureiam, dactilum, lasar, liquamen, caroenum vel conditum. diu conbulliat donec spisset et sic perfunditur. sed lepus in piperato liquamine et lasare maneat.

398. Ius album in assum leporem: piper, ligisticum, ciminum, api semen, ovi duri medium. trituram colliges et facies globum extra. in caccabulo coques liquamen, vinum, oleum, acetum, mo-

tur. — pertangito tangito 401. 406. contingito 112. 295. 300. leviter perfunde. — malui lasar vivum 243. 393. cf. 396. — versatur lepus, στρέφεται Athen. p. 623 A.

ad 396. ad eam codd.

ad 397. glandes concoquere impotens physicus isnensis corr. iuglandes. sunt vero aphaeresi admissa vel eaedem vel glandes fageae s. fagineae, fructus fagi, hibericae Gellii 6, 16, 5. buchecker, bucheichel, vel fructus dulces quercus ballotae. cf. Plin. 16, 3. 6. — pulpam pulmones, iocur 373. 384, de codicum mihi est tegitur ex 402. 403. — in furno assas. — iterum alteram. — similis conditura est 407. — setiniam cepam ex 356. pro codicum satis cepam et dactilum, lasar ex 396. pro dactilos. idem mendum ex compendio ortum sustuli 407. — pro diu cumb. vel diu comb. β. duo pessimi meorum habent avicum b.

ad 398. colliges melle 33. 35. 105. — modico

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

dico cepullam concisam, postea globulum condimentum mittes et agitabis origano vel satureia, si opus fuerit, amolas.

399. Aliter leporem: ex sanguine et iocinere et pulmonibus leporinis minutal: adicies in caccabum liquamen et oleum, coctura porrum et coriandrum minutatim concides, [iocinera et pulmones] in caccabum mittes. cum cocta fuerint, teres piper, ciminum, coriandrum, lasaris radicem, mentam, rutam, puleium, suffundes acetum, adicies iocinera leporum et sanguinem, teres, mel et de suo sibi, aceto temperabis, exinanies in caccabum, pulmones leporum minutatim concisos in eundem caccabum mittes. facies ut ferveat. cum fervuerit, amolo obligas, piper aspargis et inferes.

400. Aliter leporem ex suo iure: leporem curas, exossas, ornas, mittes in caccabum, adicies ex oleo liquamen, coctura fasciculum porri, coriandrum, anetum. dum coquitur, adicies in mortarium piper, ligisticum, ciminum, coriandri semen, lasaris radicem, cepam aridam, mentam, rutam, api semen, fricabis, suffundes liquamen, adicies melius ius de suo sibi, defricto, aceto temperabis. facies

tempore post, corr. pro modice 77. — condimentorum β ed. pr. H. 197.

ad 399. leporem aliter π. aliter in l. in ceteris. — minutal pro minuta Hum. corr. ex 177. ubi ipse scriptor ad hunc locum nos delegat. — coctura ablat. tempor. forte antecedens litera in absorpsit 171. — in caccab. ubi illud ius iam coquitur. — „iocinera et pulmones“ ex marg. — de suo sibi melle quo in plurimis trituris Noster utitur non adhibito 147. Hum. ed. adicios mel, ius de suo sibi, quae alia ratio est 177. 400. al.

ad 400. ex oleo l. β. ex om. ceteri, quem solum casum non intellegens librarius codicis par. oleum scripsit. est ἐλαιόγαρον 157. 32. 309. 310. — melius

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

ut ferveat, cum fervuerit, amolo obligabis. exornas, ius perfundis, piper aspargis et inferes.

401. Leporem passenianum: leporem curas, exossas, extensum ornas, suspendes ad fumum. cum coloraverit, facies ut dimidia coctura coquatur. lavas, asparges salis massam. oenogaro tanges: adicies in mortarium piper, ligisticum, fricabis, suffundes liquamen, vinum et liquamine temperabis. in caccabum, adicies oleum modicum, facies ut ferveat. cum fervuerit, amolo obligas. leporem assum a dorso tangis, piper aspargis et inferes.

ius corr. pro melius. — defricto colorabis 67. — exornas leporem. — piper om. $\beta\gamma$.

ad 401. leporem curas — coquatur similia sunt illis 386. nomen habet ab aliquo luxurioso homine (ad 377. 382.) nescio quo. Passienorum in mentem venit et C. Pescenni Nigri qui imperator a legionibus orientalibus electus circa an. 195. obiit, vel Bassiani Elagabali, Herodian. 5, 3. Lamprid. in eius vita 1. volui etiam passienum expansum vel resupinatum, quasi obscena patientem, ad Petron. 24, 4. et de verbo pandere, pendere, suspendere cogitavi. -- ad furnum in sex. cf. 56. 60. 289. 386. quo loco porcellus de fumo sublatus salitur. — coctura om. ed. mediol. — lavas, asp. salem ut 330. „aper spongiatur et sic aspargitur ei sal“. hic etiam massa adspergitur (ne iunge „massam oen. tanges“ cum edd. ut de carne leporina exossata intellegatur). lexica tacent. massa $\mu\acute{\alpha}\zeta\alpha$ s. $\mu\tilde{\alpha}\zeta\alpha$ est quod farinae subactae instar densum et spissum et generatim offa variis speciebus aromaticis contritis et passo subactis facta. talem massam in vas musti deicit quo aromaticum fiat Dioscor. 5, 64. unde sua neglegenter hausisse Plinium 14, 107. iam ostendit Salmas. in Solin. p. 500. b. massam denique in lingua mercantium ut offam et $\pi\alpha\lambda\acute{\alpha}\theta\eta\nu$ esse prunorum, ficorum, caryotarum et similium siccatorum calcatum et compactum globum Graecosque recentiores dicere $\mu\acute{\alpha}\zeta\alpha\nu$ quidquid in unum globum aut acervum coactum esset p. 537. b. postque cum interpp. ad Theophr. hist. pl. 4, 2, 10. Diodor. 17, 67. p. m. 187. Long. 3, 20. Martial.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

402. Leporem esiciatum: eadem coctura condies pulpam, nucleos infusos admisces, omento teges vel carta colliges laminas et surcula

403. Leporem farsilem: leporem curas, ornas, quadratum inponis. adicies in mortarium piper, ligisticum, origanum, suffundes liquamen. adicies iocinera gallinarum cocta, cerebella cocta, pulpam concisam, ova cruda tria, liquamine temperabis.

13, 27. hodie etiam ad nos afferri ficus in massas et globos conditas et in sportellis iunceis notum est. caricas pressas habes in Edict Diocl. 6, 85. φύραμα ξηρὸν ap. Mnesimachum Athenaei 9, 67. ab ea massa pinguium caricarum globata ad condiendum leporem adspersa ipse fortasse nomen traxit, quod vero similius habebit qui secum reputaverit ficus passarias Romae dictas quae callistruthia apud Graecos Capitolino in Albin. 11. teste et passarinum prandium Pomponium ap. Non. p. 77. a. dicere (sic scil. scribo pro „passerinum“ et rideo Italorum passerum cibum). cui ut etiam hoc addam non in mentem veniunt uvae passae quae sunt expansae a verbo pando? si igitur scripseris lep. passarinum, non admodum rideberis. sic ante paucos dies hariolatus sum. nunc simpliciter pro salem massam lego salis m. ut etiam Plin. 31, 78. loquitur. — oenogaro hoc, infra scripto. oenogara in quinque, oenogari ed. pr. — et liq. — adicies om. ed. pr. — malim lep. inassum leviter assatum, ad dimidiam coctum. — tangis pertangito 395. —

ad 402. esiciatum codicum est exicatum, exsic. a verbo sicare i. q. secare 384. intellegas leporis pulpam, carnem ad vescendum aptam, ex omni membro 408. non unum iocur, cor, pulmones. 373. — eadem dimidia 401? codicis β conditura placet. — leporis consecti pulpa cum aliis rebus omento tegi videtur. — carta obliges par. linteolo deligare dixit Plin. 20, 184. cf. 369. omento carta coperies et 403. laciniias codicum mendum immane pro laminas segmenta pulpae. lam. putridarum carnium ex Alex. Iatrosoph. ms. lib. 2. passion. 73. citat Ducangius T. IV. p. 18. hodie schnitte et streifen.

ad 403. imponis in caccabo. quadratum extensum 401. quadrata quasi for-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

omento teges et carta et surclas. lento igni subassas. adicies in mortarium piper, ligisticum, fricabis, suffundes liquamen, vino et liquamine temperabis. facies ut ferveat. cum fervuerit, amolo obligas et leporem subassatum perfundes. piper aspargis et inferes.

404. Leporem aliter elixum: ornas, adicies in lance oleum, liquamen, acetum, passum, cepam concides et rutam viridem, timum subcultratum et sic apponis.

405. [Leporis conditura] teritur piper, ruta, cepulla, iocur leporis, liquamen, caroenum, passum, olei modicum, amolum cum bullit.

406. Leporem siccosparsum. et hunc praecondies sicut aedum tarpeianum, antequam coquatur, ornatus suitur. piper, rutam, satureiam, cepam, timum modicum, liquamine collues, postea in furno

ma. — prima particula ab „adicies — liquamen“ ius continet in quo lepus — praecoquitur, altera usque ad „temperabis“ isicium quo farcitur, ubi farsus est, in omento involvitur et in furno assatur. tertia habet ius quo lepus assatus perfunditur. — teges ad 402.

ad 404. 405. unam leporis parandi rationem habeo eiectis marginis verbis „leporis conditura“ seu „condimenta“ ed. pr. prior pars continet elixandi rationem et ius quod in lance seu mensa culinaria, antequam lepus ad ignem ponitur, in patenam funditur, altera rationem condiendi et ius, inpensam 406. condituram 407, qua percoctus suffunditur. — sic app. cum illo iure condito ad ignem ponis.

ad 406. non satis capio eam compositionem, cuius lemma ipsum difficilius est. vox de qua agitur scribitur sicio β. sico $\gamma\zeta$. succo $\delta\vartheta\varkappa\pi$. cumque ed. pr. H. (sic variant libri 40.) et postea in omnibus ex pipere sicco in disco sumitur. olim volui sicio „impensa“ interpretans, nunc mihi impensa sine humoribus circumsparsa „siccum“ est et ex eo sicco cui postea additum „pipere“ quod id res prima impensae est, ut piperatum dicitur cui praeter piper plu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

coques et inpensam talem circumsparges: piperis semunciam, rutam, cepam, satureiam, dactilos IV. uvam passam iustam. caloratum super vatillum. vinum, oleum, liquamen, caroenum. frequenter tangitur ut condituram suam omnem tollat. postea ex pipere siccum in disco. sumitur.

407. Aliter leporem conditum: coques ex vino, liquamine, aqua. senape modicum, aneto, porro cum capillo suo. cum in se coxerit, condies: piper, satureiam, cepe rotundum, dactilos, damascena duo, vinum, liquamen, caroenum, olei modicum, stringatur amolo. modice bulliat. conditura lepus in patina perfunditur.

408. Glires. isicio porciuo, item pulpis — ex omni membro glirium erit — trito cum pipere, nucleis, lasare, liquamine farcies glires et sutos in

res res admixtae sunt, cuminatum a cumino plusculo 411. in disco vel lance lepus assatus ponitur et ex acetabulo sumitur, de quo comedendi more ad 368. 382. — tarpeian. 367. — collues leporem illo iure, super destillabis, guttatim quasi adsperges 368. 367. — furnum codd. cf. 194. iustam ad iustum additam. ne audi Hum. — caloratum candentem 295. corr. pro color. quia colori nullus locus. id rarius participium legitur Apulei. met. 6, 23. Fulgent. myth. 3, 4. — sic 295. petaso candenti vatillo uritur. — vinum adicies. — ex om. π. sicco om. ϑκ. in disco tollitur invenit H.

ad 407. liquamen ex aqua hydrogarum est 45. 47. 48. — senape adicies 409. — aneto agitabis. — capillo crinitis radicibus, Seren. Sam. 275. — se add. ex 64. 173. forte incox. salvum. — cepe rot. Aegyptiorum optimum, Plin. 19, 106. et minore acrimonia, allium cepa Banks. vel allium proliferum Schrad. habetur. — pro dactilos malim dactilum, lasar 397. ol. modice codd. et modicum b. — conditur codd. cf. 364.

ad 408. sciurus glis L. Gallorum loir, Italorum ghiro, Germanorum bilch, rollmaus, in deliciis a Romanis habitus. erit add. ex γπ ed. pr. — tritis H. — tegu-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tegula positos mittes in furnum, aut farsos in clibano coques.

Incipit Apici Caeli talassa.

LIB. IX.

409. Ius in locusta et cappari :indura cepam pallachanam concisam et ius: piper, ligisticum, careum, ciminum, cariotam, mel, acetum, vinum, liquamen, oleum, defrictum. ocius adicito senape in elixuris.

la τήγανον seu τάγηνον et quae super ea frixa sunt τὰ τηγανιστὰ et seqq. quae sic apponuntur ἀπὸ seu ἐκ ταγήνου comeduntur, Alciphr. p. 81, 10. ed. Mein. Athen. 6, 14. 3, 74. fin. cum Schw. nos ad 417. cibi contra supra pruna tosti, ἀνθρακὶς, ἐγχρυφίαι, encryphiae, de quibus Heinrich ad Iuvenal. p. 161, ἀπ' ἀνθράκων eduntur 129.

Ad libr. IX. inscribitur θάλασσα quod in eo de piscibus marinis et salsis condimentis et praeparandis doctrina continetur.

ad 409. ius add. ex βπ. — locusta marina, cancer elephas. Lin. langouste Gallorum. „unum hoc animalium, nisi vivum ferventi aqua incoquatur, fluida carne non habet callum“ Plin. 9, 95. unde explices forte „indura“. cappari litera p male duplicata et pro b usurpata porroque r transposita est carabis, καράβις Galeni T. 19 p. 686, 18. medici in Ideleri Corp. II p. 260, 5. 263, 8. 266, 20. 269, 22. 280, 26 ut καμμαρὶς Galeni T. 6. p. 735, 17. cancer erit non multum diversus a reliquorum καμμάρῳ. cf. Ianson in Iahn. Archiv. 19. p. 523. seqq. Hum. eum non expiscatus scripsit carabo et male pictum induta ed. pr. (ϑκ lacunam habent) non extricans cum lemmate iunxit et explicavit „cum testa sua“. eodem iure „indutam“ scribendo cum „cepam“ iungere poterat ex Pers. 4, 30, si „indura“ vera lectio, idem est quod inassa, paulum frige. sic obdurare, praed. sic indurata ut cepulla arida 415. et cepa sicca pluribus locis cum aliis speciebus teritur. pallach. 145. — pro eius, quod Hum. eiecit, vel scrib. et ius vel eiusmodi quod sit „vel alterius generis“ 144. „vel cuiuscunque notae volueris“ Colum.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

410. Locustas assas sic facies: aperiuntur locustae, ut assolet, cum testa sua et infunditur eis piperatum, coriandratum et sic in craticula assantur. cum siccaverint, adicies eis in craticula quotiens siccaverint quousque assantur.

411. locusta elixa cum ciminato bene inferes: piper, ligisticum, petrosilinum, mentam siccam, ciminum plusculum, mel, acetum, liquamen, si voles, folium et malabatrum addes.

412. Aliter locusta: isicia de cauda eius sic facies: folliclum [nocivam uvam] prius demes et elixas deinde pulpam, concides, cum liquamine, pipere et ovis isicia formabis.

12, 59, 2. alia enim ceparum genera alibi non minus apte adhibentur, ascalonia 144. 176. pompeiana, marsica Col. 12, 10, 1. — senapi codd. cf. 416. 440. conchylia *μετὰ νάπυος* parari iubet Xenocrates ap. Ideler. 1 p. 126 seq. fabis adicitur in coctura quo facilius madescant et percoquantur, Geopon. 2, 41. pro librorum hoc ius scripsi ocius potius, melius, ut nostrum eher est lieber, vielmehr, sic prius ap. Seren. Sam. 535. 921. alios, citius idem significare in scholis docemus. cf. Hor. epist. 1, 14, 23. Turscllin. II. p. 78.

ad 410. sic ap. Xenocrat. 28 p. 130, 4. *σωλῆνες ἢ αὐλοὶ ἢ δόναχες σκευάζονται ἀνοιγόμενοι.* de testa non eximuntur. assas ex β et cum H. add. — infunduntur inplerisque. — eis ante „in“ om. florr. — post „assantur“ Hum. addit „bene et inferes“ et ubi 411, ea verba in codd. sunt scribit „teres“.

ad 411. de eo ablativo dixi ad Gargil. p. 42. adde 371. — malabratum in sex. 424. in duobus cf. 30.

ad 412. esicia codd. et postea, ad 87. — sic emend. codicum folium noci. uvam. Hum. ed. folium nardi, uvam. folliculus pro vesica ap. Cael. Aur. tard. 4, 3. foll. genitalis 3, 8. nobis item beutel, dintenbeutel. glossema uncinis inclusi. pulpam locustae. id pulpamentum caudae proximum alibi *οὐραῖον* scil. *τέμαχος* vel *ἠτριαῖον* seu *ἠτριαία* dicitur, Athen. 7, 67. 3, 64. 49. fin. 75. Aristophan. ib. 9, 17. — et cum ed. pr. H.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

413 In locusta elixa: piper, ciminum, rutam, mel, acetum, liquamen et oleum.

414. Aliter in locusta: piper, ligisticum, ciminum, mentam, rutam, nucleos, mel, acetum, liquamen et vinum.

415. In torpedine: teritur piper, ruta, cepulla arida, mel, liquamen, passum, vinum modicum, olei boni guttas. cum bullire coeperit, amolo obligas.

416. In torpedine elixa: piper, ligisticum, petrosilinum, mentam, origanum, ovi medium, mel, liquamen, passum, vinum, oleum, si voles, addes senape, acetum, si callicum volueris, uvam passam addes.

417. In lolligine in patina: teres piper, rutam, mel modicum, liquamen, caroenum, olei guttas. In lolligine farsile: piper, ligisticum, coriandrum, api semen, ovi vitellum, mel, acetum, liquamen, vinum et oleum. obligabis.

418. In sepia farsile: piper, ligisticum, api semen, careum, mel, liquamen, vinum, condimenta cortina. calefacies et sic. aperies sepiam et perfundes.

ad 415. torpedo raja torpedo L. ille piscis qui torpore se tutatur. eius iocineri nulla teneritas praefertur. de eo libellum conscripsit Olfersius qui prodiit Berol. 1831. 4.

ad 416. callicum ut 275. 446. corr. pro calidum, calidum. colorandi gratia uva passa passim additur.

ad 417. in patina patinaria, τηγανιστῇ, in patina elixata inque ea cum iure illata. Xenocrat. 32. p. 131. τὰ ὠτία ἀπὸ τηγάνου προσφέρονται, et paulo ante χῆμαι λοπάδι ἐσθίονται ad 408. — coliandrum β et aliquot codd. Varron. L. L. 5, 21, 103. Simon Sethi Litt. K. c. 19. Geopon. alii ap. Ducang. Gloss. Graec. in V. — obligab. amolo 415. 421.

ad 418. carenum par. semper fere, idem om. merito condimenta coctiva quae essent ἑψανὰ Carystii ap. Athen. 2, 78. fortasse viridia 157. 230. 337. 391. sed si librarius in codice habuis-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

419. Sic facies eam sepiam coctam: cerebella elixa enervata teres cum pipere, cui conmisces ova cruda quod satis erit, piper integrum, isicia minuta et sic consumes et in bullientem ollam mittes ita ut coire inpensa possit.

420. Sepias elixas ab aheno in frigidam missas cum pipere, lasare, liquamine, nucleis. ova. et condies ut voles.

421. Aliter sepias: piper, ligisticum, ciminum, coriandrum viride, mentam aridam, ovi vitellum, mel, liquamen, vinum, acetum et oleum. et ubi bullierit, amolo obligas.

422. In polipo: pipere, liquamine, lasare. inferes.

423. In hostreis: piper, ligisticum, ovi vitellum, acetum, liquamen, oleum et vinum. si voleris, et mel addes.

424. In omne genus conciliorum: piper, ligisticum, petrosilinum, mentam siccam, ciminum plusculum, mel, liquamen, si voles, folium et malabatrum.

425. In echino: accipies pultarium novum, oleum modicum, liquamen, vinum dulce, piper minutum. facies ut ferveat, cum fervuerit, in singu-

set cortina, non delevisset. — aperies punges acu vel cultello.

ad 419. coctam 260. — succo sues par. sicco sues in ceteris, sic consues H. ex 262. 431. etiam tentavi sicium sumes comprehendes, colliges et in pensam 159.

ad 420. ahenovel aeno ex par. corr. pro alieno. ad usum eius 381. — pro missas in una ed. pr. misces. forte misceas verum. — ova cruda commisces.

ad 424. conchiliorum Hum. de iis parandis Xenocrat. ap. Ideler. I. p. 126 seq.

ad 425. vinum dulce vehementi opponitur a Celso 2, 18. aquosum natura, ceterum ansterum est Galen. method. med. 7, 6. non vi-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

los echinos mittes, agitabis, ter bulliat. cum coxeris, piper aspargis et inferes.

426. Aliter in echino: piper, costum modicum, mentam siccam, mulsum, liquamine, spicam indicam et folium.

427. Aliter in echino: colum mittes, in aqua calida coques. levas, in patella conpones, addes folium, piper, mel, liquamen, olei modicum, ova et sic obligabis, in termospodio coques, piper aspargis et inferes.

428. In echino salso: echinum salsum cum liquamine optimo, caroeno, pipere, temperabis et appones.

429. Aliter: echinos salis, liquamen optimum admisces et quasi recentes omnes putabunt, ita ut a balneo sumi possint.

430. In mitulis: liquamen, porrum concisum, ciminum, passum, satureiam, vinum, mixtum facies aquatius et ibi mitulos coques.

nosum, impotens Petito Comment. ad Aretae. p. m. 299. ut fiat id passi genus docet Colum. 12, 27. Plin. 14, sect. 11. Didym. Geopon. 7, 18. 19. — ter 65. tres undas 364. iterum H. — coxeris 278.

ad 426. om. par. — tostum in quinque. — folium 282.

ad 427. colum uva, dotter, totum ed. pr. H. — in aqua — compones desunt in sex. de ea coquendi ratione 121.

ad 428. appones ad ignem, in cinere calido coques 427. —

ad 429. echinis salsis et salis et echinus salis codd. echinus salsus Hum. — aptabunt codd. apparebunt H. compendium solvi ex 5. — a balneo Plin. 22, 137. 139. Cels. 3, 6. al.

ad 430. mitulis et mitulos cum β plures, merulis et merulos γδζ ed. pr. H. cf. Schneid. ind. rer. in Script. rei rust. p. 252. Kirchner ad Hor. serm. 2, 4, 28. mitulus, mitlus ap. Athen. 3, 31. mus Martial. 3, 60, 4. muriculus Enn. hedyphag. 11. ap. Vahl. p. 167. musculus

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

431. In sardis. sardem farsilem sic facere oportet: sarda exossatur. attoritur puleium, ciminum. piperis grana, mentam, nuces, mel. inpletur et consuitur, involvitur in carta et sic supra vaporem ignis in operculo conponitur. conditur ex oleo, caroeno, allece.

432. Sarda ita fit: coquitur sarda et exossatur. teritur piper ex ligistico, timo, origano, ruta, cariotam, melle et in vasculo ovis concisis ornatur inpensa. vinum modicum, acetum, defrictum et oleum viride.

433. Ius in sarda: piper, origanum, cepam, aceti modicum et oleum.

434. Ius in sarda: piper, ligisticum, mentam aridam, cepam, coctum mel, acetum, oleum. perfundes, asparges ovis duris concisis.

435. Ius in [cordula] sarda: piper, ligisticum, api semen, mentam, rutam, cariotam, mel, acetum, vinum et oleum.

Plaut. Rud. 299. Cels. 2, 29. μύτυλος et μῦς Graecorum. nobis est miesmuschel. — aquati ius codd.

ad 431. attoritur corr. pro et teritur. cf. 275. intellego puleium aridum 116. 179. Cic. de divin. 2, 14, 33. et cuminum assum 212. frictum passim, torrefactum ap. Pallad. 1, 27, 3. — nuces tritas 442. — de carta 369. — opercul. 207. — allego codd. 262. 288. — ceterum sarda est „pelamis longa ex oceano veniens“ Plin. 32, 151. sarda seu scomber pelamys, bonite. pisciculus contra quem dicimus sardelle Graecorum est τριχίας et τριχὶς et ἐγκρασίχολος, clupea encrasicolus Lin.

ad 432. pipere l. codd. cariotam adicies. — melle colliges et temperabis. — concisis corr. pro incis. ex 434. ad 298.

ad 434. deest in sex. — costu͂m pro coctum olim corr. ex 426. sed 300. 471. Caton. 127. coctum mel est, decoctum Plin. 20, 15. Scribon. 154. despumatum ἀπαφρισμένον et ἑψηθὲν medicorum. —

ad 435. in sex codd. om. cordula, in β et ed. pr. est assa pro sarda, in γ sar-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

436. Convenit et in sarda ius quod in mugile.

437. Ius in mugile salso: piper, ligisticum, ciminum, cepa, ruta, calva, cariota, mel, acetum, senape et oleum.

438. Aliter ius in mugile salso: piper, origanum, eruca, menta, ruta, calva, cariota, mel, oleum, acetum et senape.

439. Ius in siluro: in pelamide et in tinno salsis: piper, ligisticum, ciminum, cepam, mentam, rutam, calvam, cariotam, mel, acetum, senape, oleum.

440. Ius in mullo tarico: piper, rutam, cepam, dactilum, senape, trito conmisces echino et oleo et sic perfundes piscem frictum vel assatum.

da corda chorda, sarda post tempus legitimum seu sero nata, iuvenis? cordula κορδύλη est thynni partus ab ipsis statim ovis, qui deinde anno elapso thynnus vocatur, thunheuerling. Plin. 9, 47. Schweigh. ad Athen. 3, 92 in.

ad 436. ius quod in mugile add. ex uno par.

ad 437. calva ex codd. pro salvia Hum. 232. de mugile ad 151. ex eo sumimus ὠὰ ταριχευτὰ, ταρίχη, Athen. 3, 92. quae hodiernorum Italorum botargo sunt, Bergius Leckerei II. p. 231. 232. —

ad 438. deest in par. — et senape om. γδ.

ad 439. pelampide π. pelapide in sex. — salviam par. H. 437. pelamys πηλαμύς et 457. piscis de genere thynni qui annum nondum excessit, haut absimilis cordylae, Plin. 9, 47. 48. 32, 146. Athen. 3, 85. 7, 66. cum interpp. — silurus σίλουρος; vulgo putatur sturio, ab aliis silurus glanis L. wels, qui Aristoteli hist. an. 9, 37. Athen. 7, 120. Plin. 9, 145. glanis dicitur, ab aliis vel acipenser Guldenstadtii, nobis esther, vel acipenser huso, hausen, vel quod Cuvierio placuit, ac. ruthenus L. sterlet. mirari sc. subit de acipensere, cum in Tiberi caperetur et in magnificis cenis apponeretur, nostrum omnino tacere.

ad 440. mullus non videtur barbatus et surmuletus, rothbart, schmeerbutte 142. 160. 161. 455. sed ma-

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

441. Salsum sine salso: iocur coques, teres et mittes piperatum liquamen aut salem, addes oleum, iocur leporis aut aedi aut agni aut pulli et si volueris, in formella piscem formabis. oleum viride supra adicies.

442. Aliter vice salsi: ciminum, piper, liquamen teres et passi modicum vel caroeni et nuces tritas plurimas misces et simul conteres et salsario defundes, oleum modice superstillabis et inferes.

443. Aliter salsum sine salso: ciminum tantum quantum quinque digitis tollis, piper ad dimidium eius et uvam, spicam alei purgatam teres, liquamen superfundes, oleum modice superstillabis. hoc aegrum stomachum valde reficit et digestionem facit.

444. Embractum baianum: hostreas minuior qui ex Ponto advehebatur et ponticum salsamentum, τάριχος i. e. ταριχευτὸς salsus vocari potest, sc. mulus μύλος Oppiani hal. 1, 130. μύλλος Galeni fac. alim. 3, 27. Aelian. nat. anim. 14, 23. Athen. 3, 87. fortasse sciaena umbra Cuv. umbrina cf. Oken VI. p. 244. seqq. de priore p. 278—281. ad echini usum in condituris 262. — uvae 318. 443. urticae 132. — malim oleum.

ad 441. pro piper aut l. corr. piperatum liq. ex 384. 397. ad 80. Athen. 1, 13. μάγειρός τις μιμησάμενος τὸ ἰχθύδιον παρέθηκεν ὡς ἀφίας. cf. 132. formella forma, vasculo ad piscis similitudinem formato.

ad 442. tritas 122. 136. nuces amarae bene exiccantur et in mortario contunduntur ap. Erotian. Gloss. hippocr. p. 260. — salsa rede fund. β. salsa redde f. ceteri „salsarium s. salsare“ meum sit vas ab eo usu denominatum, hod. saucier. — verba et inferes — aegrum“ om. ed. pr.

ad 443. corr. pro s. in salso ex 441. 442. 132. — ut medici sic coqui sunt accurati, De olerib. p. 18. — piperis codd. — uvam marinam corr. pro unam. ad 440. — alei in plerisque et Edict. Diocl. 6, 23. pro alii s. allii ad Gargil p. 17.

ad 444. embractum codd. emphractum Hun.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

tas, sfondilos, urticas in caccabum mittes, nucleos tostos concisos, rutam, apium, piper, coriandrum, ciminum, passum, liquamen, cariotum, oleum.

Incipit Apici Caeli alieus libatus.

LIB. X.

445. Ius diabotanon in pisce frixo: piscem quemlibet curas, salias, friges. teres piper, ci-

ut intellegatur de opsonio quod rebus invicem mixtis et coactis obduratisque ob condensationem quasi fartum et coagulatum appareat. intriti genus embractum interpretatur Scaliger ad Varron. L. L. p. 74. ed. Bip. derivandum ab ἐμβρέχειν. Hesych. 1. p. 1263. ἔντριτον τὸ Διονυσίου ἔμβρωμα, ὃ Γαλάται ἐμβρεκτὸν φασιν cum interpp. et ad ἔνθρυπτα p. 1240. 1241. nos ad 359. — ostreas codd. ad 12. — sphondylos ed. pr. cf. 42. spondyli, spondylia ap. Cael. Aurel. chron. 3, 2. sunt spondyli gaederopi L. lazarusklappen, klappmuscheln, stachelmuscheln, vel accuratius eorum verticilli, cervices s. superiores partes duriores et concoctu difficiliores, opponitur pars interior et inferior mollior, tenerior, concoctu facilior quae dicebatur μήκων papaver. cf. Fest. p. 367. Xenocrat. ap. Ideler. I. p. 127, 6. 128, 7. interpp. ad Athen. 3, 34 fin. p. 92. 3, 42. Petron. 130, 7. Hesych. II. p. 1409. lex. in τράχηλος. huic molluscae Neapoli nomen est spuonnulo, Tarenti scataponzolo. ad 133. — cariotum corr. pro careotam et Hum. caroenum 34.

Ad libr. X. inscribitur ἁλιεὺς quia diversorum et marinorum et fluviatilium et omnigeneris piscium condituras continet. alieves libus lib. X. in plurimis, quod compendium est libatus, ut luxus est luxatus in Sallust. fr. 5, 2. in una ed. pr. alieus vel halieuticon liber decimus, cf. Heinrich ad Persii Vit. p. 49. not. 1. — in piscibus lib. X. par. et in extremo libro nil habet nisi Τέλος, ubi in codd. recurrit istud „libus“. si compendium recte intellego et „libatus“ vere interpretor excerptus, is libellus excerpta maioris operis continet, quae sibi Caelius quidam fecerit ut illa in cod. salmas. Vini-

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

minum, coriandri semen, lasaris radicem, origanum, rutam, fricabis, suffundes acetum, adicies cariotam, mel, defrictum, oleum, liquamen, temperabis. refundes in caccabum. facies ut ferveat cum fervuerit, piscem frictum perfundes, piper aspargis et inferes.

446. Ius in pisce elixo: piper, ligisticum, ciminum, cepullam, origanum, nucleos, cariotam, mel, acetum, liquamen, senape, oleum modice. ius callicum si velis, uvam passam.

447. Aliter in pisce elixo: teres piper, ligisticum, coriandrum viride, satureiam, cepam, ovorum vitella duo cocta, passum, acetum, oleum et liquamen.

448. Aliter ius in pisce elixo: piscem curabis diligenter. mittes in mortarium salem, coriandri semen, conteres, unde volves eum, adicies in patinam, coperies, gipsabis, coques in furno. cum coctus fuerit, tolles. aceto asperrimo aspargis et inferes.

449. Aliter ius in pisce elixo: cum curaveris piscem, adicies in sartaginem semen, aquam, anetum viride et ipsum piscem. cum coctus fuerit, aspargis aceto et inferes.

darius seu Vindarius, ut Keilius legit (Vindicianus citatur a Vossio De vit. sermon. lat. 1, 11. p. 47.)

ad 445. diabotanon *διὰ βοτανῶν* ex herbis, herbaceum. ad Gargil. cur. boum p. 31. — saluas codd. et careotam.

ad 446. calidum codd. ad 275.

ad 448. aliter ex *π* add. — unde ex *ϑκ* pro bene. explico pro ubi, in quo, illic. cf. Sallust. fr. 2, 70. cum Kritz. p. 277. 283. Hildebr. ad Apul. 1 p. 860. 997. 600. 228. adicies mittes piscem. coperis florr. ed. pr. cooperies *βγ*. 63. asperrimo ex *ζπ*. Plin. 20, 97. pro acerrimo quod frequentius et ex vino acri quod est acetum gall. vinaigre.

ad 449. ad „semen“ Hum. „coriandri“ vel „api“ addendum censuit. mihi est ut 300. semen adoreum, alicastrum zea, spelta, triticum spelta L. unde alica et amylum fiebat.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

450. Ius alexandrinum in pisce asso: piper, cepam siccam, ligisticum, ciminum, origanum, api semen, pruna damascena enucleata, mustaceum, liquamen, defrictum, oleum et coques.

451. Aliter ius alexandrinum in pisce asso: piper, ligisticum, coriandrum viride, uvam passam enucleatam, vinum, [passum] liquamen, oleum et coques.

452. Aliter ius alexandrinum in pisce asso: piper, ligisticum, coriandrum viride, cepam, damascena enucleata, passum, liquamen, acetum, oleum et coques.

453. Ius in grongo asso: piper, ligisticum, ciminum frictum, origanum, cepam siccam, ovorum vitella cocta, vinum, mulsum, acetum, liquamen, defrictum et coques.

454. Ius in cornutam: piper, ligisticum, origanum, cepam, uvam passam enucleatam, vinum, mel, acetum, liquamen, oleum et coques.

ad 450. alexandr. more aegyptiaco cf. 69. nomen forte habet a prunis. Plin. 13, 65. de pruno agyptio „purgatum tundunt servantque eius offas“, quam assam παλάθην nominabant, ad 401. — mustaceum emend. pro mus acetum, corruptius minus aceti in par. et mittis acetum in ed. pr. et hum. cf. 214. ubi item cum prunis iungitur.

ad 451. ius alex. in p. asso merito omisisse mihi videtur cod. γ. quia uva passa pro pruno damasceno, unde nomen patinae, adhibetur eaque est unde nomen non indatur, cf. 117. 227 al. enucleata σταφὶς ἐκγιγαρτισμένη quam tundebatur Athen. 4, 69. nuclei eximebantur Plin. 23, 15. 16. vinacea detrahebantur Colum. 12, 59, 5. Diosc. 1, 24. uvam passam expurgare hodie dicunt medici.

ad 453. grongo codd. congro ed. pr. de liquidae translocatione ad Gargil. p. 33. 47. est gongrus γόγγρος Xenocrat. in Ideleri Corp. med. 1 p. 125. Athen. 7, 31. et 42. conger, congrus in Not. Tiron. p. 182. cf. Var. Lect. Plin. 32, 148. Italis hodie dicitur et grongo et gongro, meeral.

ad 454. carnutam codd. Plin. 9, 82. „attollit cornuta e mari sesquipedanea fere

Digitized by Google Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

455. Ius in mullos assos: piper, ligisticum, rutam, mel, nucleos, acetum, vinum, liquamen, oleum modice. calefacies et perfundes.

456. Aliter ius in mullos assos: rutam, mentam, coriandrum, feniculum omnia viridia, piper, ligisticum, mel, liquamen et oleum modice.

457. Ius in pelamide assa: piper, ligisticum, origanum, coriandrum viride, cepam, uvam passam enucleatam, acetum, liquamen, defrictum, oleum et coques. hoc ius convenit et in elixa. si vis, et mel addes.

458. Ius in percam: piper, ligisticum, ciminum frictum, cepam, prûna damascena enucleata, vinum, mulsum, acetum, oleum, defrictum et coques.

459. Ius in pisce rubellione: piper, ligisticum, careum, serpillum, api semen, cepam siccam, vinum, passum, acetum, liquamen, oleum. amolo obligas.

460. Ius in murena assa: piper, ligisticum, satureiam, crocomagna, cepam, pruna damascena enucleata, vinum, mulsum, acetum, liquamen, defrictum, oleum et coques.

cornua, quae ab his nomen traxit", balistes vetula, hornfisch.

ad 457. in pelamide 439. — et in ex par. exin β et in plerisque deest.

ad 458. perca et fluviatilis et marina deliciae mensarum erant et sunt, barsch.

ad 459. rubellio, erythinus ἐρυθρῖνος, piscis marinus e genere mullorum, ob rubrum colorem ita dictus, scorpaena scrofa, Italorum rascasso, Germ. drachenkopf. cf. Aristot. 4, 11, 4. 6, 12, 1. 8, 15, 1. Athen. 7, 58. Oppian. hal. 1, 97.

ad 460. morena, murena, murana codd. cf. Schneider Gram. lat. 1 p. 55. μύραινα est muraena helena L. qui piscis longitudine haut dissimilis anguillae apud Romanos in maximis deliciis habebatur. primae erant πλωταὶ flutae quae in freto siculo in summa aqua fluitantes capiebantur. Horat. serm. 2, 8, 42—53. c. interpp. et Ian

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

461 Aliter ius in murena assa: piper, ligisticum, pruna damascena, vinum, mulsum, acetum, liquamen, defrictum, oleum et coques.

462. Aliter ius in murena assa: piper, ligisticum, nepetam montanam, coriandri semen, cepam, nucleos pineos, mel, acetum, liquamen, oleum et coques.

463. Aliter ius in murena assa: piper, ligisticum, anetum, api semen, rus siriacum, cariotam, mel, acetum, liquamen, oleum, senape, defrictum.

464. Aliter ius in murena elixa: piper, ligisticum, careum, api semen, coriandrum, mentam aridam, nucleos pineos, rutam, mel, acetum, vinum, liquamen, oleum modice. calefacies et amolo obligabis.

465. Aliter ius in murena elixa: piper, ligisticum, careum, ciminum, nucleos, cariotam, senape, mel, acetum, liquamen, oleum, defrictum.

466. Ius in pisce elixo: piper, ligisticum, petrosilinum, origanum, cepam aridam, mel, acetum, liquamen, vinum, oleum modice. cum bullierit, amolo obliga et in lance inferes.

ad Macrob. sat. 3, 16, 7. — eroe o magna codd. κρόμμυον magna croci s. manna croci faex unguenti crocini modicis committatur. Hum. ed. croeum magnum. mihi unum croeum cum par. satis est et adiectum „magna" margini modici alienus remitto. conlocas „carlotam" vel „oreum, montam" ex 438. vel „origanum" vel „croeum in aequam" sell. portionem, vel „cardamomum" ex 35. vel „crotmon agrion" ex Plin. 25, 155. 26, 94. 82. ormenon agrion.

ad 463. acetum pro anet. in sex. — rus codicum et 477. 478. est rhus i. e. semen rhois coriariae i. sumachbeere, quod pro sale opsoniis adspergebatur, Plin. 24, 93. Dioso. 1, 147. Galen. expos. voc. Hippocr. p. 554. Turcas eo adhuc in condimentis uti audimus in Sestini Briefe II p. 143. —

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

467. Ius in lacertos elixos: piper, ligisticum, ciminum, rutam viridem, cepam, mel, acetum, liquamen oleum modice. cum bullierit, amolo obligas.

468. Ius in pisce asso: piper, ligisticum, timum, coriandrum viride, mel, acetum, liquamen, vinum, oleum, defrictum. calefacies et agitabis rutae surculo et obligabis amolo.

469. Ius in tinno: piper, eiminum, timum, coriandrum, cepam, uvam passam, acetum, mel, vinum, liquamen, oleum. calefacies et amolo obligas.

470. Ius in tinno elixo: piper, ligisticum timum, condimentum, hortariam, cepam, cariotam, mel, acetum, liquamen et oleum et senape.

471. Ius in dentice asso: piper, ligisticum, coriandrum, mentam, rutam aridam, malum cidonium, coctum mel, vinum, liquamen, oleum. calefacies et amolo obligabis.

472. Ius in dentice elixo: piper, anetum, ciminum, timum, mentam, rutam viridem, mel, acetum, liquamen, vinum, oleum modice. calefacies et amolo obligabis.

473. Ius in pisce aurata: piper, ligisticum, careum, origanum, rutae bacam, mentam, mirtae bacam, ovi vitellum, mel, acetum, oleum, vinum, liquamen. calefacies et sic uteris.

474. Ius in pisce aurata assa: piper, coriandrum, mentam aridam, api semen, cepam, uvam passam, mel, acetum, vinum, liquamen, oleum.

475. Ius in scorpione elixo: piper, care-

ad 467. lacert. 141. Ockenio VI p. 190. est scomber trachurus, stoeker.

ad 468. azitabis ζ. zitabis βγδ ed. pr. lacuna in ϑ. ramo rutae agitare i. q. fasciculo 141.

ad 469. thynno ed. pr. H. liquamen decst in sex.

ad 470. condimenta mortaria codd. corr. ut 224.

ad 471. coctum mel 434. vel in quinque.

ad 472. om. ed. pr. et

Digitized by Google

Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

um, petroselinum, cariotam, mel, acetum, liquamen, senape, oleum, defrictum.

476. In pisce oenogarum: teres piper, rutam, mel, commisces passum, liquamen, caroenum et igni mollissimo calefacies. Aliter in pisce oenogarum: ut supra facies, cum bullierit, amylo obligabis.

477. Ius in anguillam: piper, ligisticum, api semen, anetum, rus siriacum, cariotam, mel, acetum, liquamen, oleum, senape et defrictum.

478. Ius in anguillam: piper, ligisticum, rus siriacum, mentam siccam, rutae bacas, ovorum vitella cocta, mulsum, acetum, liquamen, oleum. coques.

Explicit Apici alieus libatus
liber decimus et ultimus.

med. — de dentice 151. de aurata ib. de scorpione 153.

ad 476. igni moll. flamma molli Verg. A. 4, 66. mollissimis carbonibus decoquere ap. Pelagon. 25 p. 84. i. q. lenissimis, lentissimis 25. p. 86 ad Gargil. p. 41. — explicit liber β. explicit eiusdem apici alieues libus liber decimus et ultimus. Phinis γ. Celii Apicii halieus liber decimus et ultimus explicit ed. pr. explicit eiusdem Apicii alieus l. d. et u. ed. med. quid mihi sit „libus“ ad titulum libri X. dixi, cf. etiam lex. in delibare.

IMPRESSIT HEIDELBERGAE A. H. AVENARIUS.

Digitized by Google
Original from UNIVERSITY OF MICHIGAN

Filmed by Preservation

1993



Filmed by Preservation

1993

Digitized by Google

Original from
UNIVERSITY OF MICHIGAN

Digitized by Google
Original from
UNIVERSITY OF MICHIGAN